quas ducerentur ad exitum, quo ſcilicet ſalubribus ſuccis minime officerent; praeterea, quibus exciperentur, veluti receptaculis quibusdam, in quibus poſtquam ſatis magna collecta vis eſſet, mox excernerentur. Ergo hoc ſecundum partium corporis genus tibi inventum eſt, quod nutrimenti excrementis ſit deſtinatum. Eſt autem aliud tertium *genus*, quo undequaque ferantur, eſtque id veluti viae quaedam multae, per totum corpus ſectae: unus namque omnibus cibis introitus per os eſt, at non unum eſt, quod nutritur, ſed plurima, ac plurimum inter ſe diſtantia. Ergo admirationi eſſe cuiquam non debebit inſtrumentorum numerus, quae nutritionis gratia natura condidit. Alia namque idoneum cuique parti alimentum alterando praeparant, alia ſecernunt excrementa, alia amandant, alia ſuſcipiunt, alia excernunt, alia ſalubrium humorum in omnem partem ferendorum ſunt viae. Quare, ſi univerſas naturae facultates intelligere velis, ſingula jam dictorum organorum tibi ſunt conſideranda. Principium vero doctrinae eorum tum ea

τε τοῦ τέλους ἐγγὺς ἔργα τε τῆς φύσεώς ἐστι καὶ μόρια, καὶ δυνάμεις αὐτῶν.

Κεφ. ια'. Αὐτοῦ δὲ δὴ πάλιν ἀναμνηστέον ἡμῖν τοῦ τέλους, οὗπερ ἕνεκα τοσαῦτά τε καὶ τοιαῦτα τῇ φύσει δεδημιούργηται μόρια. τὸ μὲν οὖν ὄνομα τοῦ πράγματος, ὥσπερ οὖν καὶ πρότερον εἴρηται, θρέψις· ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος ὁμοίωσις τοῦ τρέφοντος τῷ τρεφομένῳ. ἵνα δ' αὕτη γένηται, προηγεῖσθαι δεῖ πρόσφυσιν, ἵνα δ' ἐκείνη, πρόσθεσιν. ἐπειδὰν γὰρ ἐκπέσῃ τῶν ἀγγείων ὁ μέλλων θρέψειν ὁτιοῦν τῶν τοῦ ζώου μορίων χυμὸς, εἰς ἅπαν αὐτὸ διασπείρεται πρῶτον, ἔπειτα προστίθεται, κἄπειτα προσφύεται, καὶ τέλος ὁμοιοῦται. δηλοῦσι δ' αἱ καλούμεναι λεῦκαι τὴν διαφορὰν τῆς ὁμοιώσεώς τε καὶ προσφύσεως· ὥσπερ τὸ γένος ἐκεῖνο τῶν ὑδέρων, ὅ τινες ὀνομάζουσιν ἀνασάρκα, διορίζει σαφῶς πρόσθεσιν προσφύσεως. οὐ γὰρ ἐνδείᾳ δήπου τῆς ἐπιῤῥεούσης ὑγρότητος, ὡς ἔνιαι τῶν ἀτροφιῶν τε καὶ φθίσεων, ἡ τοῦ τοιούτου γένεσις ὑδέρου

naturae opera, quae propinqua fini habentur, tum partes partiumque facultates funt.

Cap. XI. Itaque denuo nobis revocandus ad memoriam is finis eft, cujus caufa tot ac tales partes natura inftituit. Et nomen quidem rei, ceu prius diximus, nutritio eft; ratio vero ejus nominis eft, ad id, quod nutritur, ejus, quod nutrit, affimilatio. Porro, haec ut fiat, agglutinatio five adhaerentia praecedat, oportet; ficut etiam, ut illa fiat, appofitio. Poftquam enim fuccus is, qui omnem animalis partem nutriturus eft, a vafis excidit, in totam eam primum difpergitur, mox adjungitur, deinde agglutinatur, demum affimilatur. Porro differre inter fe affimilationem atque adhaerentiam, docet vitiligo illa, quaec leuce appellatur; ficuti etiam appofitionis atque agglutinationis differentiam prodit genus illud hydropis, quod nonnulli anafarca vocant. Non enim affluentis humoris inopia, veluti quae atrophiae dicuntur et tabes, ejusmodi hydropis

συντελεῖται. φαίνεται γὰρ ἱκανῶς αὐτοῖς ἥ τε σὰρξ ὑγρὰ καὶ διάβροχος, ἕκαστόν τε τῶν στερεῶν τοῦ σώματος μορίων ὡσαύτως διακείμενον. ἀλλὰ πρόσθεσις μέν τις γίνεται τῆς ἐπιφερομένης τροφῆς, ἅτε δ᾽ ὑδατωδεστέρας οὔσης ἔτι καὶ μὴ πάνυ τοι κεχυμωμένης, μηδὲ τὸ γλίσχρον ἐκεῖνο καὶ κολλῶδες, ὃ δὴ τῆς ἐμφύτου θερμότητος οἰκονομίᾳ προσγίνεται, κεκτημένης, ἡ πρόσφυσις ἀδύνατός ἐστιν ἐπιτελεῖσθαι, πλήθει λεπτῆς ὑγρότητος ἀπέπτου διαῤῥεούσης τε καὶ ῥᾳδίως ὀλισθαινούσης ἀπὸ τῶν στερεῶν τοῦ σώματος μορίων τῆς τροφῆς. ἐν δὲ ταῖς λεύκαις πρόσφυσις μέν τις γίνεται τῆς τροφῆς, οὐ μὴν ἐξομοίωσίς γε. καὶ δῆλον ἐν τῷδε, ὅτι τὸ μικρῷ πρόσθεν ῥηθὲν ὀρθῶς ἐλέγετο, τὸ δεῖν πρόσθεσιν μὲν πρῶτον, ἐφεξῆς δὲ πρόσφυσιν, ἔπειτ᾽ ἐξομοίωσιν γενέσθαι τῷ μέλλοντι τρέφεσθαι. κυρίως μὲν οὖν τὸ τρέφον ἤδη τροφή· τὸ δ᾽ οἷον μὲν τροφὴ, οὔπω δὲ θρέψαν, ὁποῖόν ἐστι τὸ προσφυόμενον ἢ τὸ προστιθέμενον, τροφὴ μὲν οὐ κυρίως, ὁμωνύμως δὲ τροφή. τὸ δ᾽ ἐν ταῖς φλεψὶ περιεχόμενον,

generatio provenit (videtur enim tum caro his humida madensque esse, tum solidarum quaeque partium similiter affecta), verum affluentis nutrimenti appositio quaedam fit; quod tamen propterea, quod aquosius adhuc est, nec ad succum sufficienter redactum, nec lentitiam glutinisque consistentiam, quae naturalis caloris ope provenit, adeptum, adhaerentiam consequi non valet, defluente nimirum ac delabente ob tenuis et crudi humoris exuberantiam a solidis corporis partibus nutrimento. In leuce autem adhaerentia quidem alimenti facta cernitur, non tamen assimilatio. Patetque obiter, id, quod paulo supra proposuimus, recte esse dictum, debere fieri primum quidem appositionem, mox agglutinationem, deinde ei, quod nutriendum est, assimilationem. Ac proprie quidem alimentum est, quod nutrit; quod vero veluti nutriens est, nondum tamen nutrivit, cujusmodi scilicet est quod agglutinatur vel quod apponitur, id non proprie nutrimentum est, sed aequivoce; quod autem in venis est, at-

καὶ τούτου ἔτι μᾶλλον τὸ κατὰ τὴν γαστέρα, ὡς' μέλλον ποτὲ θρέψειν, εἰ καλῶς κατεργασθείη, κέκληται τροφή. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τῶν ἐδεσμάτων ἕκαστα τροφὰς ὀνομάζομεν, οὔτε τῷ τρέφειν ἤδη τὸ ζῶον, οὔτε τῷ τοιοῦτον ὑπάρχειν, οἷον τὸ τρέφον, ἀλλὰ τῷ δύνασθαί τε καὶ μέλλειν τρέφειν, εἰ καλῶς κατεργασθείη. τοῦτο γὰρ ἦν καὶ τὸ πρὸς Ἱπποκράτους λεγόμενον· Τροφὴ τὸ τρέφον, τροφὴ τὸ οἷον τροφὴ, καὶ τὸ μέλλον. τὸ μὲν γὰρ ὁμοιούμενον ἤδη τροφὴν ὠνόμασε· [17] τὸ δ' οἷον μὲν ἐκεῖνο, προστιθέμενον ἢ προσφυόμενον, οἷον τροφήν· τὸ δ' ἄλλο πᾶν, ὅσον ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ τῇ γαστρὶ περιέχεται, μέλλον.

Κεφ. ιβ'. Ὅτι μὲν οὖν ἀναγκαῖον ὁμοίωσιν εἶναί τινα τοῦ τρέφοντος τῷ τρεφομένῳ τὴν θρέψιν, ἄντικρυς δῆλον. οὐ μὴν ὑπάρχουσάν γε ταύτην τὴν ὁμοίωσιν, ἀλλὰ φαινομένην μόνον εἶναί φασιν οἱ μήτε τεχνικὴν οἰόμενοι τὴν φύσιν, μήτε προνοητικὴν τοῦ ζώου, μήθ' ὅλως ἔχουσάν τινας οἰκείας δυνάμεις, αἷς χρωμένη τὰ μὲν ἕλκει, τὰ δὲ

que hoc etiam magis quod in ventriculo eſt, id, tanquam nutriturum aliquando ſit, ſi probe concoctum fuerit, alimentum appellatur. Ad hunc modum edulia quaeque alimenta vocamus, non utique quod jam animal nutriant, neque quod talia ſint, qualia ſunt, quae nutriunt, ſed quod nutritura ſint, ſi probe ſint concocta. Id namque eſt, quod ab Hippocrate dicitur: *Alimentum, quod nutrit; quod veluti nutrimentum eſt; alimentum, quod nutriturum eſt.* Siquidem, quod jam aſſimilatur, alimentum appellavit; quod vero tale eſt, quale illud, nempe appoſitum agglutinatumve genus, veluti nutrimentum; reliquum omne, ſive id in venis continetur, ſeu ventre, futurum alimentum.

Cap. XII. Ac quod neceſſe ſit nutritionem eſſe aſſimilationem nutrientis ei, quod nutritur, clare liquet. Caeterum non eſſe aſſimilationem veram, ſed tantum apparentem, dicunt ii, qui nec artificioſam naturam exiſtimant, nec animalis habere providentiam, nec denique ullas proprias obtinere facultates; quibus ſcilicet

Ed. Chart. V. [17.] Ed. Baf. I. (90. 91.)

κατέχει, τὰ δ' ἀλλοιοῖ, τὰ δ' ἐκκρίνει. καὶ δύο αὗται γεγόνασιν αἱρέσεις κατὰ γένος ἐν ἰατρικῇ τε καὶ φιλοσοφίᾳ τῶν ἀποφηναμένων τὶ περὶ φύσεως ἀνδρῶν, ὅσοι γ' αὐτῶν γινώσκουσιν, ὅ τι λέγουσι, καὶ τὴν ἀκολουθίαν ὧν ὑπέθεντο θεωροῦσί τε ἅμα καὶ διαφυλάττουσιν. ὡς ὅσοι γε μηδ' αὐτὸ τοῦτο συνιᾶσιν, ἀλλ' ἁπλῶς, ὅ τι ἂν ἐπὶ γλῶτταν ἔλθῃ, ληροῦσιν, ἐν οὐδετέρᾳ τῶν αἱρέσεων ἀκριβῶς καταμένοντες, οὐδὲ μεμνῆσθαι τῶν τοιούτων προσήκει. τίνες οὖν αἱ δύο αἱρέσεις αὗται, καὶ τίς ἡ τῶν ἐν αὐταῖς ὑποθέσεων ἀκολουθία; τὴν ὑποβεβλημένην οὐσίαν γενέσει καὶ φθορᾷ πᾶσαν ἡνωμένην τε ἅμα καὶ ἀλλοιοῦσθαι δυναμένην ὑπέθετο θάτερον γένος τῆς αἱρέσεως· ἀμετάβλητον δὲ καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ κατατετμημένην εἰς λεπτὰ, καὶ κεναῖς ταῖς μεταξὺ χώραις διειλημμένην, ἡ λοιπή. καὶ τοίνυν ὅσοι γε τῆς ἀκολουθίας τῶν ὑποθέσεων αἰσθάνονται, κατὰ μὲν τὴν δευτέραν αἵρεσιν οὔτε φύσεως οὔτε ψυχῆς ἰδίαν τινὰ νομίζουσιν οὐσίαν (91) ἢ δύναμιν ὑπάρχειν,

ufa, alia trahat, alia retineat, alia alteret, alia expellat. Fuereque tum in medicina, tum in philofophia, eorum hominum, qui aliquid de natura tradiderunt, quique faltem, quod dixere, intelligerent, et fequelam eorum, quae propofuerunt, non modo intuerentur, fed etiam fervarent, duae fectae; fiquidem, qui ne id quidem intellexerunt, fed temere, quicquid in buccam venit, deblaterarunt, nec in alterutra fectarum abfolute perftiterunt, horum ne meminiffe quidem conveniat. Quaenam igitur funt duae illae fectae, et quae in iis propofitorum fequela? Nempe altera fectarum fubftantiam eam, quae generationi et corruptioni eft fubjecta, totam tum unitam effe, tum alterari poffe proponit; altera immutabilem inalterabilemque, et in tenuia defectam, tum vacuitatibus quibusdam interceptam ftatuit. Igitur qui faltem confequentiam aliquam ex propofitis in fecunda fecta intelligant, hi nec naturae, nec animae propriam ullam fubftantiam aut facultatem arbitrantur, fed has primo-

ἀλλ' ἐν τῇ ποιᾷ συνόδῳ τῶν πρώτων σωμάτων, ἐκείνων καὶ ἀπαθῶν τῶν ἁπλῶν ἀποτελεῖσθαι. κατὰ δὲ τὴν προτέραν εἰρημένην αἵρεσιν οὐχ ὑστέρα τῶν σωμάτων ἡ φύσις, ἀλλὰ πολλῷ προτέρα τε καὶ πρεσβυτέρα. καὶ τοίνυν κατὰ μὲν τούτους αὕτη τὰ σώματα τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν συνίστησι, δυνάμεις τινὰς ἔχουσα, τὰς μὲν ἑλκτικάς τε ἅμα καὶ ὁμοιωτικὰς τῶν οἰκείων, τὰς δ' ἀποκριτικὰς τῶν ἀλλοτρίων, καὶ τεχνικῶς ἅπαντα διαπλάττει τε γεννῶσα καὶ προνοεῖται τῶν γεννωμένων ἑτέραις αὖθίς τισι δυνάμεσι, στοργικῇ μέν τινι καὶ προνοητικῇ τῶν ἐγγόνων, κοινωνικῇ δὲ καὶ φιλικῇ τῶν ὁμογενῶν. κατὰ δ' αὖ τοὺς ἑτέρους οὔτε τούτων οὐδὲν ὑπάρχει ταῖς φύσεσιν, οὔτ' ἔννοιά τίς ἐστι τῇ ψυχῇ σύμφυτος ἐξ ἀρχῆς, οὐκ ἀκολουθίας, οὐ μάχης, οὐ διαιρέσεως, οὐ συνθέσεως, οὐ δικαίων, οὐκ ἀδίκων, οὐ καλῶν, οὐκ αἰσχρῶν, ἀλλ' ἐξ αἰσθήσεώς τε καὶ δι' αἰσθήσεως ἅπαντα τὰ γινόμενά φασιν ἡμῖν ἐγγίνεσθαι, καὶ φαντασίαις τισὶ καὶ μνήμαις οἰακίζεσθαι τὰ ζῶα. ἔνιοι

rum illorum corporum, quae et impatibilia et ſimplicia proponunt, certo quodam congreſſu fieri. Juxta vero priorem ſectam poſterior corporibus natura non eſt, ſed multo etiam prior et antiquior. Proinde his auctoribus animalium et ſtirpium corpora haec fabricat, praedita quibusdam facultatibus, aliis ſibi familiaria et trahentibus ſimul et aſſimilantibus, aliis aliena expellentibus. Eadem aliis quibusdam facultatibus generat omnia et artificioſe conſormat, ac iis, quae generavit, proſpicit; una quidem, qua ſobolem diligit, eidemque providet; alia, per quam, quae ejusdem ſunt generis, complectitur, eisdemque communicat. At vero ſecundum alios nec horum quicquam natura poſſidet, nec ulla cognitio animae ab initio eſt inſita, nec conſequentiae, nec pugnantiae, nec diviſionis, nec compoſitionis, nec juſti, nec injuſti, nec turpis, nec honeſti, ſed ex ſenſu et per ſenſum omnia, quae fieri videntur, in nobis facta eſſe dicunt, ac imaginationibus quibusdam et recordationibus animalia gubernari. Aliqui vero ex

Ed. Chart. V. [17. 18.] Ed. Baf. I. (91.)

δ' αὐτῶν καὶ ῥητῶς ἀπεφήναντο, μηδεμίαν εἶναι ψυχῇ δύναμιν, ᾗ λογιζόμεθα, ἀλλ' ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν ἄγεσθαι παθῶν ἡμᾶς, καθάπερ βοσκήματα, πρὸς μηδὲν ἀνανεῦσαι μηδ' ἀντειπεῖν δυναμένους. καθ' οὓς δηλονότι καὶ ἀνδρεία, καὶ φρόνησις, καὶ σωφροσύνη, καὶ ἐγκράτεια λῆρός ἐστι μακρός· καὶ φιλοῦμεν οὔτ' ἀλλήλους, οὔτε τὰ ἔγγονα, καὶ τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἡμῶν μέλει. καταφρονοῦσι δὲ καὶ τῶν ὀνειράτων, καὶ τῶν οἰωνῶν, καὶ τῶν συμβόλων, καὶ πάσης ἀστρολογίας, ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς μὲν ἰδίᾳ καὶ δι' ἑτέρου γράμματος ἐπιπλέον ἐσκέμμεθα περὶ τῶν Ἀσκληπιάδου τοῦ ἰατροῦ σκοπούμενοι δογμάτων. ἔνεστι δὲ τῷ βουλομένῳ, κἀκείνοις μὲν ὁμιλῆσαι τοῖς λόγοις, [18] καὶ νῦν δ' ἤδη σκοπεῖν, ὥσπερ τινῶν δυοῖν ὁδῶν ὑποκειμένων, ὁποτέραν βέλτιόν ἐστιν ἡμῖν τρέπεσθαι. Ἱπποκράτης μὲν γὰρ τὴν πρότερον ῥηθεῖσαν ἐτράπετο, καθ' ἣν ἥνωται μὲν ἡ οὐσία, καὶ ἀλλοιοῦται, καὶ σύμπνουν ὅλον ἐστὶ καὶ σύῤῥουν τὸ σῶμα, καὶ ἡ φύσις ἅπαντα τεχνικῶς καὶ δικαίως πράττει, δυνάμεις ἔχουσα, καθ' ἃς ἕκαστον τῶν μορίων ἕλκει μὲν

iis dicto prodiderunt, nullam esse in anima, qua ratiocinetur, facultatem; imo sensuum affectibus duci nos pecorum ritu, nec posse renuere respuereve quicquam. Iisdem videlicet auctoribus fortitudo, prudentia, temperantia et continentia nugae sunt merae; nec nos invicem amamus, aut prolem; nec diis ulla nostri est cura. Iidem auguria, insomnia, portenta omnemque astrologiam contemnunt; de quibus ipsi alio opere seorsum plenius egimus, Asclepiadis medici dogmata aestimantes. Porro licet ei, qui volet, libros illos evolvere: nunc autem considerandum est, tanquam duabus propositis viis, utra nobis praestet insistere. Hippocrates namque prius dictam inivit, quae unitam esse substantiam atque alterari proponit; praeterea conspirabile et confluxile totum corpus esse; naturamque omnia artificiose ac juste peragere, facultatibus scilicet praeditam, quibus singulae partes convenientem sibi succum ad se trahant,

ἐφ' ἑαυτὸ τὸν οἰκεῖον ἑαυτῷ χυμὸν, ἕλξαν δὲ προσφύει παντὶ τῷ μέρει τῷ ἐν αὐτῷ, καὶ τελέως ἐξομοιοῖ, τὸ δὲ μὴ κρατηθὲν ἐν τούτῳ μηδὲ τὴν παντελῆ δυνηθὲν ἀλλοίωσίν τε καὶ ὁμοιότητα τοῦ τρεφομένου καταδέξασθαι δι' ἑτέρας αὖ τινος ἀποκριτικῆς δυνάμεως ἀποτρίβεται.

Κεφ. ιγ'. Μαθεῖν δ' ἔνεστιν, οὐ μόνον ἐξ ὧν οἱ τἀναντία τιθέμενοι διαφέρονται τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις, εἰς ὅσον ὀρθότητός τε καὶ ἀληθείας ἥκει τὰ Ἱπποκράτεια δόγματα, ἀλλὰ κἀξ αὐτῶν τῶν κατὰ μέρος ἐν τῇ φυσικῇ θεωρίᾳ ζητουμένων, τῶν τε ἄλλων ἁπάντων καὶ τῶν ἐν τοῖς ζώοις ἐνεργειῶν. ὅσοι γὰρ οὐδεμίαν οὐδενὶ μορίῳ νομίζουσιν ὑπάρχειν ἑλκτικὴν τῆς οἰκείας ποιότητος δύναμιν, ἀναγκάζονται πολλάκις ἐναντία λέγειν τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις, ὥσπερ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς ἐπὶ τῶν νεφρῶν ἐποίησεν· οὓς οὐ μόνον Ἱπποκράτης, ἢ Διοκλῆς, ἢ Ἐρασίστρατος, ἢ Πραξαγόρας, ἢ εἴ τις ἄλλος ἄριστος, ὄργανα διακριτικὰ τῶν οὔρων ἐπεπιστεύκεισαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ οἱ

attractum vero omnibus fui partibus apponant et penitus affimilent; quod autem interea non pervicere, quodque omnimodam alterationem ac cum nutriendo fimilitudinem recipere non potuit, id alia rurfus facultate fecretrice rejiciant.

Cap. XIII. Porro intelligi licet, quam recta veraque Hippocratis dogmata fint, non ex eo tantum, quod, qui diverfa ponunt, diverfa quoque ac diffidentia ponunt ab iis, quae evidenter apparent, verum etiam ex eorum, quae figillatim in naturali fpeculatione quaeruntur, tum caeteris omnibus, tum vero iis, quae in animalibus habentur actionibus. Qui enim attractricem convenientis qualitatis vim nulli ineffe parti volunt, ii faepe iis, quae evidenter apparent, contraria dicere coguntur, quemadmodum Afclepiadi medico de renibus contigit; quos non folum Hippocrates, Diocles, Erafiftratus, Praxagoras, aliorumve optimus quisque inftrumenta, quae urinam fecernant, habere crediderunt; ve-

μάγειροι σχεδὸν ἅπαντες ἴσασιν, ὁσημέραι θεώμενοι τήν τε θέσιν αὐτῶν, καὶ τὸν ἀφ᾽ ἑκατέρου πόρον εἰς τὴν κύστιν ἐμβάλλοντα, τὸν οὐρητῆρα καλούμενον, ἐξ αὐτῆς τῆς κατασκευῆς ἀναλογιζόμενοι τήν τε χρείαν αὐτῶν καὶ τὴν δύναμιν· καὶ πρό γε τῶν μαγείρων ἅπαντες ἄνθρωποι δυσουροῦντες πολλάκις, ἢ καὶ παντάπασιν ἰσχουροῦντες, ὅταν ἀλγῶσι μὲν τὰ κατὰ τὰς ψόας, ψαμμώδη δ᾽ ἐξουρῶσιν, νεφριτικοὺς ὀνομάζουσι σφᾶς αὐτούς. Ἀσκληπιάδην δ᾽ οἶμαι μηδὲ λίθον οὐρηθέντα ποτὲ θεάσασθαι πρὸς τῶν οὕτω πασχόντων, μηδ᾽ ὡς προηγήσατο κατὰ τὰς μεταξὺ τῶν νεφρῶν καὶ τῆς κύστεως χώρας ὀδύνη τις ὀξεῖα, διερχομένου τοῦ λίθου τῶν οὐρητήρων, μηδ᾽ ὡς, οὐρηθέντος αὐτοῦ, τά τε τῆς ὀδύνης καὶ τὰ τῆς ἰσχουρίας ἐπαύσατο παραχρῆμα. πῶς οὖν εἰς τὴν κύστιν τῷ λόγῳ παράγει τὸ οὖρον, ἄξιον ἀκοῦσαι, καὶ θαυμάσαι τὴν σοφίαν τοῦ ἀνδρός· ὃς καταλιπὼν οὕτως εὐρείας ὁδοὺς ἐναργῶς φαινομένας, ἀφανεῖς καὶ στενὰς καὶ] παντάπασιν ἀναισθήτους

rum etiam coqui fere omnes norunt, quum quotidie eorum non tantum ſitum contemplentur, ſed etiam meatus, qui ab utroque procedunt et ureteres ſunt dicti, in veſicam ſe inſerentes, nimirum ex ipſa ſtructura tum uſum eorum, tum vim colligentes. Jam etiam priores ipſis coquis omnes homines, qui ſubinde difficulter mejunt, aut etiam ſuppreſſam urinam omnino habent, ubi circa lumbos dolent ac arenoſa mejunt, nephriticos ſe ipſos nominant. Verum Aſclepiades (arbitror) ab iis, qui ſic ſunt affecti, emictum calculum non vidit: nec quod medio inter renes et veſicam loco praeceſſit quidam acutus dolor, transeunte per ureteres calculo, intellexit; ſed nec, quod emicto eo protinus tum dolor, tum urinae ſuppreſſio ſedata ſunt. Ergo, quemadmodum urinam in veſicam oratione ſua ducat, operae pretium eſt audire, atque hominis ſapientiam ſuſpicere, qui, relictis tam latis et manifeſte apparentibus viis, obſcuras, anguſtas, nec ullo prorſus ſenſu

ὑπέθετο. βούλεται γὰρ, εἰς ἀτμοὺς ἀναλυόμενον τὸ πινόμενον ὑγρὸν εἰς τὴν κύστιν διαδίδοσθαι, κἄπειτ᾽ ἐξ ἐκείνων αὖθις ἀλλήλοις συνιόντων, ἀπολαμβάνειν οὕτως αὐτὸ τὴν ἀρχαίαν ἰδέαν, καὶ γίνεσθαι πάλιν ὑγρὸν ἐξ ἀτμῶν ἀτεχνῶς, ὡς περὶ σπογγιᾶς τινος ἢ ἐρίου περὶ τῆς κύστεως διανοούμενος, ἀλλ᾽ οὐ σώματος ἀκριβῶς πυκνοῦ καὶ στεγανοῦ, δύο χιτῶνας ἰσχυροτάτους κεκτημένου, δι᾽ ὧν εἴπερ διεξέρχεσθαι φήσομεν τοὺς ἀτμοὺς, τί δήποτ᾽ οὐχὶ διὰ τοῦ περιτοναίου καὶ τῶν φρενῶν διελθόντες ἐνέπλησαν ὕδατος τό τ᾽ ἐπιγάστριον ἅπαν καὶ τὸν θώρακα; ἀλλὰ παχύτερός ἐστι καὶ στεγανώτερος ὁ περιτόναιος χιτὼν τῆς κύστεως, καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖνος μὲν ἀποστέγει τοὺς ἀτμοὺς, ἡ δὲ κύστις παραδέχεται. [19] ἀλλ᾽ εἴπερ ἀνετετμήκει, τάχ᾽ ἂν ἠπίστατο, τὸν μὲν ἔξωθεν χιτῶνα τῆς κύστεως, ἀπὸ τοῦ περιτοναίου πεφυκότα, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ φύσιν ἔχειν, τὸν δ᾽ ἔνδοθεν τῆς αὐτῆς κύστεως ἴδιον πλέον ἢ διπλάσιον ἐκείνου τὸ πάχος ὑπάρχειν. ἀλλ᾽ ἴσως οὔτε τὸ

perceptas propofuit. Vult namque eum, qui bibitur, humorem in halitus refolutum in veficam transmitti; inibi vero ex mutuo eorum concurfu priorem ipfum deinde recipere formam, fierique ex halitibus rurfus humorem, imperite utique de vefica, ut de fpongia quapiam aut lana, ratiocinatus, non de corpore plane denfo, et quod humorem non transmittat, quum duas tunicas validiffimas habeat, per quas fi transmitti halitus dicemus, qui fit, quod feptum transverfum et peritonaeum non permeant, ac tum abdomen, tum pectus totum aqua non implent? At craffior, *inquiet*, folidiorque membrana eft peritonaeum quam vefica, ac propterea halitus coercet ipfa, vefica vero excipit ac recipit. Verum, fi ipfe veficam diffecuiffet, fortaffe non ignoraret, exteriorem veficae tunicam eandem cum peritonaeo naturam habere, utpote ab eo ortam; internam vero, quae ipfius veficae eft propria, plus quam duplo eam craffitudine fuperare. Verum fortaffe nec

Ed. Chart. V. [19.] Ed. Baf. I. (91.)

πάχος, οὐθ' ἡ λεπτότης τῶν χιτώνων, ἀλλ' ἡ θέσις τῆς κύστεως αἰτία τοῦ φέρεσθαι τοὺς ἀτμοὺς εἰς αὐτήν. καὶ μὴν εἰ διὰ τἄλλα πάντα τοῦ σώματος πιθανὸν ἦν αὐτοὺς ἐνταῦθα συναθροίζεσθαι, τό γε τῆς θέσεως μόνης αὔταρκες κωλῦσαι. κάτω μὲν γὰρ ἡ κύστις κεῖται, τοῖς δ' ἀτμοῖς σύμφυτος ἡ πρὸς τὸ μετέωρον φορὰ, ὥστε πολὺ πρότερον ἐνέπλησαν ἂν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν θώρακά τε καὶ πνεύμονα, πρὶν ἐπὶ τὴν κύστιν ἀφικέσθαι. καίτοι τί θέσεώς τε καὶ κύστεως, καὶ περιτοναίου, καὶ θώρακος μνημονεύω; διεκπεσόντες γὰρ δήπου τούς τε τῆς κοιλίας καὶ τῶν ἐντέρων χιτῶνας οἱ ἀτμοὶ κατὰ τὴν μεταξὺ χώραν αὐτῶν τε τούτων καὶ τοῦ περιτοναίου συναθροισθήσονται, καὶ ὑγρὸν ἐνταυθοῖ γενήσονται, ὥσπερ καὶ τοῖς ὑδερικοῖς ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ τὸ πλεῖστον ἀθροίζεται τοῦ ὕδατος, ἢ πάντως αὐτοὺς χρὴ φέρεσθαι πρόσω διὰ πάντων τῶν ὁπωσοῦν ὁμιλούντων καὶ μηδέποτε ἵστασθαι. ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτό τις ὑπόθοιτο, διεκπεσόντες ἂν οὕτως οὐ τὸ περιτόναιον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιγάστριον, εἰς τὸ περιέχον σκεδασθεῖεν, ἢ πάντως ἂν ὑπὸ τῷ δέρματι

craffitudo tunicarum, nec tenuitas, fed ipfe veficae fitus ferendorum in eam halituum eft caufa. Immo vero, fi per reliqua corporis omnia credibile effet huc ferri, certe fitus ipfe veficae fatis effet, qui id prohiberet; quippe quum vefica in imo fit fita, halitus autem naturaliter ferantur in fublime; ita longe prius iis implerentur pectus et pulmo, quam ad veficam pervenirent. Tametfi quid fitus, et veficae, et peritonaei, et pectoris memini? quum halitus, fi et ventriculi et inteftinorum tunicas fint egreffi, aut in fpatium, quod inter eas et peritonaeum intercedit, colligentur, atque inibi humorem generabunt, veluti ipfis hydropibus eo loci plurimum aquae acervatur; aut prorfus per omnia, quaecunque contingunt, recta ferri debebunt, nec usquam fifti. Verum fi quis hoc fuppofuerit, hoc modo excidentes non folum extra peritonaeum, fed etiam epigaftrium, aut in circumfufum nobis aërem diffipabuntur,

Ed. Chart. V. [19.] Ed. Bas. I. (91. 92.)

συναθροισθεῖεν. ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτ' ἀντιλέγειν οἱ νῦν Ἀσκληπιάδειοι πειρῶνται, καίτοι πρὸς ἁπάντων ἀεὶ τῶν παρατυγχανόντων αὐτοῖς, ὅταν περὶ τούτων ἐρίζωσι, καταγελώμενοι. οὕτως ἄρα δυσαπότριπτόν τι κακόν ἐστιν ἡ περὶ τὰς αἱρέσεις φιλοτιμία, καὶ δυσέκνιπτον ἐν τοῖς μάλιστα, καὶ ψώρας ἁπάσης δυσιατότερον. τῶν γοῦν καθ' ἡμᾶς τις σοφιστῶν, τά τ' ἄλλα καὶ περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους ἱκανῶς συγκεκροτημένος, καὶ δεινὸς εἰπεῖν, εἴπερ τις ἄλλος, ἀφικόμενος ἐμοί ποθ' ὑπὲρ τούτων εἰς λόγους, τοσοῦτον ἀπέδει τοῦ δυσωπεῖσθαι πρός τινος τῶν εἰρημένων, ὥστε καὶ θαυμάζειν ἔφασκέ μου, ὡς τὰ σαφῶς φαινόμενα λόγοις ληρώδεσιν ἀνατρέπειν ἐπιχειροῦντος, ἐναργῶς γὰρ ὁσημέραι (92) θεωρεῖσθαι τὰς κύστεις ἁπάσας, εἴ τις αὐτὰς ἐμπλήσειεν ὕδατος ἢ ἀέρος, εἶτα δήσας τὸν τράχηλον πιέζει πανταχόθεν, οὐδαμόθεν μεθιείσας μηδέν, ἀλλ' ἀκριβῶς ἅπαν ἐντὸς ἑαυτῶν στεγούσας. καίτοι γ', εἴπερ ἦσάν τινες ἐκ τῶν νεφρῶν εἰς αὐτὰς ἥκοντες αἰσθητοὶ καὶ μεγάλοι πόροι, πάντως ἄν, ἔφη, καὶ δι' ἐκείνων, ὥσπερ εἰσῄει τὸ

aut omnino ſub cute colligentur. Sed et his contradicere Aſclepiadis, qui nunc ſunt, ſectatores conantur, tametſi ab omnibus ſemper irriſi, quicunque in eos de his litigantes inciderunt: adeo ut, quod difficile eluatur, malum ſit iſta circa ſectas ambitio, ac ſcabie quavis ad ſanandum rebellius. Etenim hujus temporis ſophiſtarum quidam cum in aliis, tum in captioſo diſputandi genere admodum exercitatus, ac in dicendo, ſi quis alius, acer, quum mecum de his diſceptaret, tantum abfuit, ut eorum, quae diximus, aliquo deterreretur, ut admirari ſe diceret, me ea, quae liquido apparerent, inanibus rationibus evertere conari. Quotidie enim clare cerni, veſicas omnes, ſi quis aëre aquave impleat, deinde ligatis earum collis undique premat, nulla ex parte quicquam rejicere, ſed prorſus totum in ſe continere; quanquam, ſi eſſent a renibus in has ſenſiles et ampli ductus, omnino aiebat, quod, ſicut per hos

Ed. Chart. V. [19.] Ed. Bas. I. (92.)

ὑγρὸν εἰς αὐτὰς, οὕτω καὶ ἐκθλιβόντων ἐξεκρίνετο. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰπὼν, ἐξαίφνης ἀπταίστῳ καὶ σαφεῖ στόματι τελευτῶν, ἀναπηδήσας ἀπῄει καταλιπὼν ἡμᾶς, ὡς μηδὲ πιθανῆς τινος ἀντιλογίας εὐπορῆσαι δυναμένους. οὕτως οὐ μόνον οὐδὲν ὑγιὲς ἴσασιν οἱ ταῖς τοιαύταις αἱρέσεσι δουλεύοντες, ἀλλ' οὐδὲ μαθεῖν ὑπομένουσι. δέον γὰρ ἀκοῦσαι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν εἰσιέναι μὲν δύναται διὰ τῶν οὐρητήρων εἰς τὴν κύστιν τὸ ὑγρὸν, ἐξιέναι δ' αὖθις ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν οὐχ οἷόν τ' αὐτῷ, καὶ θαυμάσαι τὴν τέχνην τῆς φύσεως, οἱ δ' οὔτε μαθεῖν ἐθέλουσι, καὶ λοιδοροῦσι προσέτι, μάτην ὑπ' αὐτῆς ἄλλα τε πολλὰ καὶ τοὺς νεφροὺς γεγονέναι φάσκοντες. εἰσὶ δὲ καὶ οἳ, δειχθῆναι παρόντων αὐτῶν τοὺς ἀπὸ τῶν νεφρῶν εἰς τὴν κύστιν ἐμφυομένους οὐρητῆρας ὑπομείναντες, ἐτόλμησαν εἰπεῖν, οἱ μὲν, ὅτι μάτην καὶ οὗτοι γεγόνασιν, οἱ δ', ὅτι σπερματικοί τινές εἰσι πόροι, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὸν τράχηλον αὐτῆς, οὐκ εἰς τὸ κύτος ἐμφύονται. δείξαντες οὖν ἡμεῖς αὐτοῖς τοὺς ἀληθῶς σπερματικοὺς πόρους κατωτέρω τῶν οὐρητήρων

humor ingreſſus eſt, ita prementibus nobis exiret. Atque haec ſimiliaque quum volubiliter ac clara voce dixiſſet, exiliens ſubito diſceſſit, nobis, quaſi nihil, quod vel probabile eſſet, reſpondere habentibus, ibi relictis. Adeo qui ſectis ejusmodi ſunt addicti, non ſolum nihil norunt recti, ſed ne diſcere quidem dignantur. Quum enim audienda iis cauſa eſſet, propter quam ingredi per ureteres in veſicam humor poteſt, rurſum exire per eandem viam non poteſt, atque artis nomine ſuſpicienda natura, ii nec diſcere volunt, et hoc amplius mala verba dicunt, fruſtra tum alia multa tum vero renes ab ea conditos affirmantes. Sunt et qui ſe praeſentibus oſtendi, ureteres a renibus deſcendere atque in veſicam ſe inſerere, quum ſuſtinuiſſent, auſi tamen ſunt alii, quod ii quoque fruſtra ſint conditi, dicere, alii, quod quidam ex ſeminalibus ſint meatibus, ideoque in collum ejus, non in corpus eſſe inſertos. Nos igitur, quum oſtendiſſemus, qui vere ſeminis ſunt meatus, infra urete-

ἐμβάλλοντας εἰς τὸν τράχηλον, νῦν οὖν, εἰ καὶ μὴ πρότερον, φήθημεν ἀπάξειν τε τῶν ψευδῶς ὑπειλημμένων ἐπί τε τἀναντία μεταστήσειν αὐτίκα. [20] οἱ δὲ καὶ πρὸς τοῦτο ἀντιλέγειν ἐτόλμων, οὐδὲν εἶναι θαυμαστὸν εἰπόντες, ἐν ἐκείνοις μὲν, ὡς ἂν στενωτέροις οὖσιν, ἐπιπλέον ὑπομένειν τὸ σπέρμα, κατὰ δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν νεφρῶν, ὡς ἂν ἱκανῶς ἀνευρυσμένους, ἐκρεῖν διὰ ταχέων. ἡμεῖς οὖν ἠναγκάσθημεν αὐτοῖς τοῦ λοιποῦ δεικνύειν εἰσρέον τῇ κύστει διὰ τῶν οὐρητήρων τὸ οὖρον ἐναργῶς ἐπὶ ζῶντος ἔτι τοῦ ζώου, μόγις ἂν οὕτω ποτὲ τὴν φλυαρίαν αὐτῶν ἐπισχεῖν ἐλπίζοντες. ὁ δὲ τρόπος τῆς δείξεώς ἐστι τοιόσδε. διελεῖν χρὴ τὸ πρὸ τῶν οὐρητήρων περιτόναιον, εἶτα βρόχοις αὐτοὺς ἐκλαβεῖν ἰδίᾳ, κἄπειτ' ἐπιδήσαντας ἐᾶσαι τὸ ζῶον· οὐ γὰρ ἂν οὐρήσειεν ἔτι. μετὰ δὲ ταῦτα λύειν μὲν τοὺς ἔξωθεν δεσμοὺς, δεικνύειν δὲ κενὴν μὲν τὴν κύστιν, μεστοὺς δ' ἱκανῶς καὶ διατεταμένους τοὺς οὐρητῆρας καὶ κινδυνεύοντας ῥαγῆναι, κἄπειτα τοὺς βρόχους αὐτῶν ἀφελόντας, ἐναργῶς ὁρᾷν ἤδη πληρουμένην οὔρου τὴν κύστιν. ἐπὶ δὲ τούτῳ

res in collum se inserere, tunc saltem, si non prius, a falsa eos persuasione abducendos putavimus atque ad contrariam statim perducendos. Illi vero hic quoque contradicere sunt ausi, nihil esse miri dicentes, in illis, ceu magis angustis, diutius subsistere semen; in his vero, qui a renibus descendunt, utpote abunde amplis, celeriter effluere. Nos igitur de caetero coacti sumus in animali adhuc vivo liquido in vesicam per ipsos ureteres transfluentem urinam indicare, vix sic quoque garrulitatem eorum coercere sperantes. Porro ostensionis modus est hujusmodi. Dividere oportet id peritonaei, quod ante ureteres habetur; deinde laqueis singulos excipere; mox vulneris labris deligatione commissis inter se animal dimittere; non enim meiet amplius. Post haec solvere deligationem externam, ac vesicam inanem ostendere, ureteres vero abunde refertos et distentos ac in disruptionis periculum adductos; mox ademptis eorum vinculis, videre manifeste vesicam jam lotio repletam.

φανέντι, πρὶν οὐρῆσαι τὸ ζῶον, βρόχον αὐτοῦ περιβαλεῖν χρὴ τῷ αἰδοίῳ, κἄπειτα θλίβειν πανταχόθεν τὴν κύστιν· οὐ γὰρ ἂν οὐδὲν ἔτι διὰ τῶν οὐρητήρων ἐπανέλθοι ποτὲ πρὸς τοὺς νεφρούς. κἀν τούτῳ δῆλον γίνεται τὸ μὴ μόνον ἐπὶ τεθνεῶτος, ἀλλὰ καὶ περιόντος ἔτι τοῦ ζώου, κωλύεσθαι μεταλαμβάνειν αὖθις ἐκ τῆς κύστεως τοὺς οὐρητῆρας τὸ οὖρον. ἐπὶ τούτοις ὀφθεῖσιν ἐπιτρέπειν οὐρεῖν ἤδη τὸ ζῶον, λύοντας αὐτοῦ τὸν ἐπὶ τῷ αἰδοίῳ βρόχον, εἶτ' αὖθις ἐπιβαλεῖν μὲν θατέρῳ τῶν οὐρητήρων, ἐᾶσαι δὲ τὸν ἕτερον εἰς τὴν κύστιν συῤῥεῖν, καί τινα διαλιπόντας χρόνον ἐπιδεικνύειν ἤδη, πῶς ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν ὁ δεδεμένος μεστὸς καὶ διατεταμένος κατὰ τὰ πρὸς τῶν νεφρῶν μέρη φαίνεται, ὁ δ' ἕτερος ὁ λελυμένος αὐτὸς μὲν χαλαρός ἐστι, πεπλήρωκε δ' οὔρου τὴν κύστιν. εἶτ' αὖθις διατεμεῖν, πρῶτον μὲν τὸν πλήρη, καὶ δεῖξαι, πῶς ἐξακοντίζεται τὸ οὖρον ἐξ αὐτοῦ, καθάπερ ἐν ταῖς φλεβοτομίαις τὸ αἷμα, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸν ἕτερον αὖθις διατεμεῖν, κἄπειτ' ἐπιδῆσαι τὸ ζῶον ἔξωθεν, ἀμφοτέρων διῃρημένων,

Post haec prius, quam animal meiat, vinculum injiciendum ejus pudendo est; tum vero premenda undique ejus vesica; non enim poterit per ureteres ad ipsius renes quidquam reverti: quo manifestum fit, non solum in mortuo animali prohiberi lotium ex vesica in ureteres rursum redire, sed etiam in vivo. His perspectis permittendum jam animali meiere, soluto scilicet, quo pudendum ejus exceptum est, vinculo. Post haec vinculum alteri ureterum injiciendum; alter vero in vesicam confluere sinendus; tum aliquo interposito spatio, monstrandum jam, quemadmodum alter, qui vinctus est, ea parte, quae ad renes spectat, plenus distentusque appareat; alter vero, qui solutus est, et laxus sit, et vesicam impleverit. Post haec vero praecidendus est primum is, qui plenus est, ostendendumque, quemadmodum ejaculetur ex eo lotium non aliter, quam ex incisa vena sanguis; deinde alter praecidendus; et mox ambobus praecisis animal extrinsecus deligandum. Post,

εἶθ', ὅταν ἱκανῶς ἔχειν δοκῇ, λῦσαι τὸν δεσμόν. εὑρεθήσεται γὰρ ἡ μὲν κύστις κενὴ, πλῆρες δ' οὔρου τὸ μεταξὺ τῶν ἐντέρων τε καὶ τοῦ περιτοναίου χωρίον ἅπαν, ὡς εἰ καὶ ὑδερικὸν ἦν τὸ ζῶον. ταῦτ' οὖν εἴ τις αὐτὸς καθ' αὑτὸν βουληθείη βασανίζειν ἐπὶ ζώου, μεγάλως μοι δοκεῖ καταγνώσεσθαι τῆς Ἀσκληπιάδου προπετείας. εἰ δὲ δὴ καὶ τὴν αἰτίαν μάθοι, δι' ἣν οὐδὲν ἐκ τῆς κύστεως εἰς τοὺς οὐρητῆρας ἀντεκρεῖ, πεισθῆναι γοῦν μοι δοκεῖ καὶ διὰ τοῦδε τὴν εἰς τὰ ζῶα πρόνοιάν τε καὶ τέχνην τῆς φύσεως. Ἱπποκράτης μὲν οὖν ὧν ἴσμεν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων πρῶτος ἁπάντων, ὡς ἂν καὶ πρῶτος ἐπιγνοὺς τὰ τῆς φύσεως ἔργα, θαυμάζει τε καὶ διὰ παντὸς ὑμνεῖ ταύτην, δικαίαν ὀνομάζων, καὶ μόνην ἐξαρκεῖν εἰς ἅπαντα τοῖς ζώοις φησὶν, αὐτὴν ἐξ αὑτῆς ἀδιδάκτως πράττουσαν ἅπαντα τὰ δέοντα. τοιαύτην δὲ οὖσαν αὐτὴν, εὐθὺς καὶ δυνάμεις ὑπέλαβεν ἔχειν, ἑλκτικὴν μὲν τῶν οἰκείων μίαν, ἀποκριτικὴν δὲ ἑτέραν τῶν ἀλλοτρίων, καὶ τρέφειν καὶ αὔξειν αὐ-

ubi fatis effe vifum eft, deligatio folvenda; invenietur enim vefica vacua; quae vero media capacitas eft inter peritonaeum et inteftina, tota lotio plena, veluti hydrope laboraret animal. Haec igitur fi quis ipfe per fe explorare in animali velit, magnopere mihi videtur Afclepiadis temeritatem damnaturus. Quod fi caufam intelligat, quamobrem nihil ex vefica in ureteres refluat, vel ex eo mihi, naturae effe providentiam artemque in animalibus, credet. Atque Hippocrates quidem omnium, quos novimus, medicorum philofophorumque primus, ut qui primus naturae opera norit, hanc femper tum admiratur, tum praedicat; quam et juftam nominat, et folam animalibus ad omnia fufficere dicit, ipfamque per fe fine doctore, quae opus funt, agere. Talis autem quum fit, ftatim eam facultates habere propofuit; unam, qua fibi conveniens attrahat, alteram, qua alienum a fe fecernat; ipfam praeterea tum nutrire animalia, tum

τὴν τὰ ζῶα, καὶ κρίνειν τὰ νοσήματα ταύταις ἡγεῖτο ταῖς δυνάμεσι. καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν σύμπνοιάν τε μίαν εἶναί φησι καὶ σύῤῥοιαν, καὶ πάντα συμπαθέα. κατὰ δὲ τὸν Ἀσκληπιάδην οὐδὲν οὐδενὶ συμπαθές ἐστι, φύσει διῃρημένης τε καὶ κατατεθραυσμένης εἰς ἄναρμα στοιχεῖα καὶ ληρώδεις ὄγκους ἁπάσης τῆς οὐσίας. ἐξ ἀνάγκης οὖν ἄλλα τε μυρία τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις ἐναντίως ἀπεφήνατο, καὶ τῆς φύσεως ἠγνόησε τήν τε τῶν οἰκείων ἐπισπαστικὴν δύναμιν, καὶ τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτικήν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς ἐξαιματώσεώς τε καὶ ἀναδόσεως ἐξεῦρέ τινα ψυχρὰν ἀδολεσχίαν. [21] εἰς δὲ τὴν τῶν περιττωμάτων κάθαρσιν οὐδὲν ὅλως εὑρὼν εἰπεῖν, οὐκ ὤκνησεν ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς φαινομένοις· ἐπὶ μὲν τῆς τῶν οὔρων διακρίσεως, ἀποστερήσας μὲν τῶν τε νεφρῶν καὶ τῶν οὐρητήρων τὴν ἐνέργειαν, ἀδήλους δέ τινας πόρους εἰς τὴν κύστιν ὑποθέμενος· τοῦτο γὰρ ἦν δηλαδὴ μέγα καὶ σεμνὸν, ἀπιστήσαντα τοῖς φαινομένοις, πιστεῦσαι τοῖς ἀδήλοις. ἐπὶ

augere; jam morbos quoque finire ac judicare iisdem facultatibus exiftimat; ideoque in corporibus noftris confpirationem unam confluxumque unum, ac omnia inter fe mutuo affici. Afclepiade vero auctore nihil ex alterius affectu patitur, omni fubftantia naturaliter divifa atque in elementa, quae cohaerere non poffunt, et nugatorias moles confciffa. Quare neceffe eft, tum mille alia contraria iis, quae manifefte apparent, protulerit; tum facultates naturae, et qua convenientia trahat, et qua aliena feparet, ignorarit. Et in fanguificatione quidem ac alimenti diftributione quandam frigidam garrulitatem excogitavit. Ad excrementorum vero expurgationem quum nihil prorfus, quod afferre poffet, haberet, non dubitavit iis, quae fenfui apparent, contradicere: in urinae quidem feparatione tum renes tum ureteres functione fua privans, ac incertos quosdam invifibilesque meatus in veficam ftatuens: hoc fcilicet erat magnum ac praeclarum, repudiatis iis, quae apparent, obfcuris fidem adhibere. At in flava bile etiam majus

δὲ τῆς ξανθῆς χολῆς ἔτι μεῖζον αὐτῷ καὶ νεανικώτερόν ἐστι τὸ τόλμημα· γεννᾶσθαι γὰρ αὐτὴν ἐν τοῖς χοληδόχοις ἀγγείοις, οὐ διακρίνεσθαι λέγει. πῶς οὖν τοῖς ἰκτερικοῖς ἅμ' ἄμφω συμπίπτει, τὰ μὲν διαχωρήματα μηδόλως ἔχοντα χολὴν ἐν αὐτοῖς, ἀνάπλεων δὲ αὐτοῖς γινόμενον ὅλον τὸ σῶμα. ληρεῖν πάλιν ἐνταῦθ' ἀναγκάζεται τοῖς ἐπὶ τῶν οὔρων εἰρημένοις παραπλησίως. ληρεῖ δ' οὐδὲν ἧττον καὶ περὶ τῆς μελαίνης χολῆς, καὶ τοῦ σπληνὸς, οὔτε, τί ποθ' ὑφ' Ἱπποκράτους εἴρηται, συνιεὶς, ἀντιλέγειν τ' ἐπιχειρῶν οἷς οὐκ οἶδεν ἐμπλήκτῳ τινὶ καὶ μαινομένῳ στόματι. τί δὴ τὸ κέρδος ἐκ τῶν τοιούτων δογμάτων εἰς τὰς θεραπείας ἐκτήσατο; μήτε νεφριτικὸν νόσημα δύνασθαι θεραπεῦσαι, μήτ' ἰκτερικὸν, μήτε μελαγχολικὸν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις, οὐχ Ἱπποκράτει μόνον ὁμολογουμένου τοῦ, καθαίρειν τῶν φαρμάκων ἔνια μὲν τὴν ξανθὴν χολὴν, ἔνια δὲ τὴν μέλαιναν, ἄλλα δέ τινα φλέγματα, καί τινα τὸ λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες περίττωμα, μηδὲ περὶ τούτων συγχωρεῖν, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν γε τῶν φαρμάκων γίνεσθαι λέγειν τοιοῦτον ἕκαστον τῶν κενουμένων, ὥσπερ ὑπὸ τῶν χολη-

quiddam et infulfius eft aufus: gigni namque eam in ipfis choledochis meatibus, non autem fecerni ait. At quomodo igitur iis, qui morbo regio laborant, ambo fimul incidunt, et ut dejectiones in iis nihil habeant bilis, et corpus totum bile fit refertum? Quo loco rurfus nugari cogitur fimiliter, ac in iis, quae de urinis funt dicta. Nugatur fane non fecus et de bili atra et fplene, nec, quid ab Hippocrate fit dictum, intelligens, et contradicere iis, quae ignorat, dementi infanoque ore aggrediens. Quid igitur fibi ex placitis id genus ad curationes tandem lucri fecit? Nempe quod nec nephritin, nec morbum regium, nec melancholicum fanare poteft. Jam, in quo omnes homines confentiunt, nedum Hippocrates, alia medicamentorum purgare flavam bilem, alia nigram, alia pituitam, alia tenue et aquofum excrementum, ne id quidem concedit: imo a pharmacis ipfis vacuatorum quodque tale fieri dicit,

Ed. Chart. V. [21.] Ed. Baf. I. (92. 93.)

δόχων πόρων τὴν χολήν· καὶ μηδὲν διαφέρειν κατὰ τὸν θαυμαστὸν Ἀσκληπιάδην, ἢ ὑδραγωγὸν διδόναι τοῖς ὑδεριῶσιν, ἢ χολαγωγὸν φάρμακον· ἅπαντα γὰρ ὁμοίως κενοῦν καὶ συντήκειν τὸ σῶμα, καὶ τὸ σύντηγμα τοιόνδε τι φαίνεσθαι ποιεῖν, μὴ πρότερον ὑπάρ(93)χον τοιοῦτον. ἆρ' οὖν οὐ μαίνεσθαι νομιστέον αὐτὸν, ἢ παντάπασιν ἄπειρον εἶναι τῶν ἔργων τῆς τέχνης; τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὡς, εἰ φλέγματος ἀγωγὸν δοθείη φάρμακον τοῖς ἰκτεριῶσιν, οὐκ ἂν οὐδὲ τέτταρας κυάθους καθαρθεῖεν· οὕτω δ' οὐδ', εἰ τῶν ὑδραγωγῶν τι· χολαγωγῷ δὲ φαρμάκῳ πλεῖστον μὲν ἐκκενοῦται τῆς χολῆς, αὐτίκα δὲ καθαρὸς τοῖς οὕτω καθαρθεῖσιν ὁ χρὼς γίνεται. πολλοὺς οὖν ἡμεῖς, μετὰ τὸ θεραπεῦσαι τὴν ἐν τῷ ἥπατι διάθεσιν, ἅπαξ καθήραντες, ἀπηλλάξαμεν τοῦ παθήματος. οὐ μὴν, εἰ φλέγματος ἀγωγῷ καθαίρεις φαρμάκῳ, πλέον ἄν τι διαπράξαιο. καὶ ταῦτ' οὐχ Ἱπποκράτης μὲν οὕτως οἶδε γιγνόμενα, τοῖς δ' ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας μόνης ὁρμωμένοις ἑτέρως ἔγνωσται, ἀλλὰ κἀκεί-

veluti ab exceptoribus bilis meatibus bilem. Nec quicquam interfit egregio Afclepiade auctore medicamentum, quod aquam, an quod bilem ducat, hydropicis exhibere, quippe omnia pari modo vacuare liquareque corpus, ac quod liquatum eft, ut tale videatur, quum prius tale non effet, efficere. Non igitur infanire putandus eft, aut prorfus operum artis expers effe? Nam quis non novit, fi ictero laborantibus medicamentum dederis, quod pituitam ducat, ne quatuor quidem id cyathos educturum? ad eundem modum, fi quod eorum, quae purgant aquam; at medicamento, quod bilem trahit, plurimum quidem vacuatur bilis, ftatim autem fincerus color fic purgatis efficitur. Nos enim non paucos poft curatum, qui in iecinore erat, affectum unica purgatione a morbo vindicavimus; quum, fi quis medicamento, quod pituitam ducit, purgaverit, nihil profecerit. Atque haec non folum Hippocrates non fieri fentit, fed etiam omnes, qui fola nituntur experientia, confentiunt. Omnibus

Ed. Chart. V. [21.] Ed. Baſ. I. (93.)

νοις ὡσαύτως καὶ πᾶσιν ἰατροῖς, οἷς μέλει τῶν ἔργων τῆς τέχνης, οὕτω δοκεῖ, πλὴν Ἀσκληπιάδου. προδοσίαν γὰρ εἶναι νενόμικε τῶν στοιχείων ὧν ὑπέθετο, τὴν ἀληθῆ περὶ τῶν τοιούτων ὁμολογίαν. εἰ γὰρ ὅλως εὑρεθείη τι φάρμακον ἑλκτικον τοὐδέ τινος τοῦ χυμοῦ μόνου, κίνδυνος δηλαδὴ κρατεῖν τῷ λόγῳ τὸ ἐν ἑκάστῳ τῶν νοσημάτων εἶναί τινα δύναμιν ἐπισπαστικὴν τῆς οἰκείας ποιότητος. διὰ τοῦτο κνίκον μὲν, καὶ κόκκον κνίδειον, καὶ ἱπποφαὲς οὐχ ἕλκειν ἐκ τοῦ σώματος, ἀλλὰ ποιεῖν τὸ φλέγμα φησίν· ἄνθος δὲ χαλκοῦ, καὶ λεπίδα, καὶ αὐτὸν τὸν κεκαυμένον χαλκὸν, καὶ χαμαίδρυν, καὶ χαμαιλέοντα εἰς ὕδωρ ἀναλύειν τὸ σῶμα, καὶ τοὺς ὑδερικοὺς ὑπὸ τούτων οὐχὶ καθαιρομένους ὀνίνασθαι, ἀλλὰ κενουμένους, μὴ κενουμένοις δὲ συναύξεσθαι δηλαδὴ τὸ πάθος. εἰ γὰρ οὐ κενοῖ τὸ περιεχόμενον ἐν τοῖς σώμασιν ὑδατῶδες ὑγρὸν, ἀλλ' αὐτὸ γεννᾷ, τῷ νοσήματι προστιμωρεῖται. καὶ μέν γε καὶ ἡ σκαμμωνία, πρὸς τῷ μὴ κενοῦν ἐκ τοῦ σώματος τῶν ἰκτερικῶν τὴν χολὴν, ἔτι καὶ τὸ χρηστὸν αἷμα χολὴν ἐργαζομένη,

denique medicis, quibus curae ſunt artis opera, idem placet, praeterquam Aſclepiadi. Quippe prodere ſe elementa, quae ſtatuit, ſi veritati in talibus consentiret, exiſtimavit; omnino enim, ſi inventum ſit medicamentum aliquod, quod hunc vel illum humorem ſolum trahat, periculum eſſe, ne ratio vincat, in quoque corpore vim eſſe aliquam convenientis ſibi qualitatis attractricem. Itaque cnicum, coccum cnidium, et hippophaës haudquaquam ex corpore trahere, ſed facere pituitam ait; florem aeris vero, et ſquamam aeris, et ipſum aes uſtum, et chamaedryn, et chamaeleonta corpus in aquam reſolvere, hydropasque ab his juvari non utique purgatos, ſed vacuatos, quum, ſi non vacuentur, una increſcat affectus; quippe, ſi aquoſum, qui in corpore eſt, humorem non vacuat, ſed primum ipſum gignit, morbum ſovet. Atqui etiam ſcammonia, praeterquam quod bilem, Aſclepiade auctore, ex ictericorum corpore non purget, et bonum

Ed. Chart. V. [22.] Ed. Baſ. I. (93.)

[22] συντήκουσα τὸ σῶμα, καὶ τηλικαῦτα κακὰ δρῶσα, καὶ τὸ πάθος ἐπαύξουσα κατά γε τὸν Ἀσκληπιάδου λόγον, ὅμως ἐναργῶς ὁρᾶται πολλοὺς ὠφελοῦσα. καὶ, φησὶν, ὀνίνανται μὲν, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ τῷ λόγῳ τῆς κενώσεως. καὶ μὴν εἰ φλέγματος ἀγωγὸν δοίη τις φάρμακον, οὐκ ὀνήσονται. καὶ τοῦθ' οὕτως ἐναργές ἐστιν, ὥστε καὶ οἱ ἀπὸ μόνης τῆς ἐμπειρίας ὁρμώμενοι γινώσκουσιν αὐτό. καίτοι τούτοις γε τοῖς ἀνδράσιν αὐτὸ δὴ τοῦτ' ἔστι φιλοσόφημα, τὸ μηδενὶ λόγῳ πιστεύειν, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις. ἐκεῖνοι μὲν οὖν σωφρονοῦσιν· Ἀσκληπιάδης δὲ παραπαίει, ταῖς αἰσθήσεσιν ἡμᾶς ἀπιστεῖν κελεύων, ἔνθα τὸ φαινόμενον ἀνατρέπει σαφῶς αὐτοῦ τὰς ὑποθέσεις. καίτοι μακρῷ γε ἦν ἄμεινον οὐχ ὁμόσε χωρεῖν τοῖς φαινομένοις, ἀλλ' ἐκείνοις ἀναθέσθαι τὸ πᾶν. ἆρ' οὖν ταῦτα μόνον ἐναργῶς μάχεται τοῖς Ἀσκληπιάδου δόγμασιν, ἢ καὶ τὸ θέρους πλείονα μὲν κενοῦσθαι τὴν ξανθὴν χολὴν ὑπὸ τῶν αὐτῶν φαρμάκων, χειμῶνος δὲ τὸ φλέγμα; καὶ νεανίσκῳ μὲν πλείονα τὴν χολὴν, πρεσβυτέρῳ δὲ τὸ φλέγμα; φαίνεται

ſanguinem in bilem colliquando corpus vertat, ac tanta mala faciat, affectumque ipſum adaugeat, attamen multis videtur prodeſſe. Sane, inquit, prodeſt quidem, ſed ſola vacuationis ratione. Atqui, ſi quis pharmacum, quod pituitam trahat, iis dederit, minime juvabuntur. Hocque adeo eſt manifeſtum, ut ne iis quidem, qui ſolam experientiam profitentur, ignotum ſit: quanquam his viris illud pro ſapientiae placito habetur, quod nulli omnino rationi ſit credendum, ſed iis tantum, quae liquido apparent. Ergo illi quidem ſapiunt: Aſclepiades delirat, qui ipſis quidem ſenſibus habendam fidem prohibet, ubi, quae iis apparent, ea, quae ille proponit, manifeſte evertunt: quanquam longe ſatius eſſet minime iis, quae evidenter apparent, repugnare, imo illis rem totam tribuere. Num igitur haec ſola cum Aſclepiadis placitis manifeſte pugnant? an illa quoque, quod utique aeſtate plus bilis iisdem medicamentis vacuetur, hyeme vero pituitae? item juveni plus bilis, ſeni vero pituitae? videtur enim

γὰρ ἕκαστον ἕλκειν τὴν οὖσαν, οὐκ αὐτὸ γεννᾷν τὴν οὐκ οὖσαν. εἰ γοῦν ἐθελήσαις νεανίσκῳ τινὶ τῶν ἰσχνῶν καὶ θερμῶν, ὥρᾳ θέρους, μήτ' ἀργῶς βεβιωκότι μήτ' ἐν πλησμονῇ, φλέγματος ἀγωγὸν δοῦναι φάρμακον, ὀλίγιστον μὲν καὶ μετὰ βίας πολλῆς ἐκκενώσεις τοῦ χυμοῦ, βλάψεις δ' ἐσχάτως τὸν ἄνθρωπον· ἔμπαλιν δ', εἰ χολαγωγὸν δοίης, καὶ πολὺ κενώσεις, καὶ βλάψεις οὐδέν. ἆρ' ἀπιστοῦμεν ἔτι τῷ μὴ οὐχ ἕκαστον τῶν φαρμάκων ἐπισπᾶσθαι τὸν οἰκεῖον ἑαυτῷ χυμόν; ἴσως φήσουσιν οἱ ἀπ' Ἀσκληπιάδου, μᾶλλον δ' οὐκ ἴσως, ἀλλὰ πάντως ἀπιστεῖν ἐροῦσι, ἵνα μὴ προδῶσι τὰ φίλτατα.

Κεφ. ιδ'. Πάλιν οὖν ἡμεῖς μεταβῶμεν ἐφ' ἑτέραν ἀδολεσχίαν. οὐ γὰρ ἐπιτρέπουσιν οἱ σοφισταὶ τῶν ἀξίων τι ζητημάτων προχειρίζεσθαι, καίτοι παμπόλλων ὑπαρχόντων, ἀλλὰ κατατρίβειν ἀναγκάζουσι τὸν χρόνον εἰς τὴν τῶν σοφισμάτων, ὧν προβάλλονται, λύσιν. τίς οὖν ἡ ἀδολεσχία; ἡ ἔνδοξος αὕτη καὶ πολυθρύλλητος λίθος ἡ τὸν σίδηρον

unumquodque eam, quae eſt, trahere, non autem eam, quae non eſt, creare. Si quidem, ſi quis velit adoleſcenti cuipiam, qui gracilis ſit et calidus, quique nec in otio vixit, nec in ciborum ſatietate, dare aeſtatis tempore medicamentum, quod pituitam ducat, is minimum ejus humoris, nec ſine multa vi ducet, hominem vero graviſſime laeſerit. Contra ſi, quod bilem detrahat, exhibuerit, et multum vacuabit, et homini nihil nocuerit. An igitur adhuc non credimus, medicamentum quodque convenientem ſibi ſuccum attrahere? Dicent fortaſſe, qui Aſclepiadem ſectantur; imo (quod fortaſſe dixi) omnino ſe non credere dicent; ne ſcilicet prodant, quae ſibi ſunt cariſſima.

Cap. XIV. Nos igitur rurſus ad aliam garrulitatem convertamur; neque enim nos ſinunt ſophiſtae dignas ſermone dubitationes, quamquam plurimae ſunt, aggredi; ſed in ſolvendis iis, quae proponunt, ſophiſmatis tempus noſtrum terere cogunt. Quae igitur eſt illa celebris et decantata garrulitas? nempe de lapide illo, qui

ἐπισπωμένη· τάχα γὰρ ἂν αὕτη ποτὲ τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἐπισπάσαιτο πιστεύειν, εἶναί τινας ἐν ἑκάστῳ τῶν σωμάτων ἑλκτικὰς τῶν οἰκείων ποιοτήτων δυνάμεις. Ἐπίκουρος μὲν οὖν, καίτοι παραπλησίοις Ἀσκληπιάδῃ στοιχείοις εἰς τὴν φυσιολογίαν χρώμενος, ὅμως ὁμολογεῖ, πρὸς μὲν τῆς ἡρακλείας λίθου τὸν σίδηρον ἕλκεσθαι, πρὸς δὲ τῶν ἠλέκτρων τὰ κυρήβια, καὶ πειρᾶταί γε καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδιδόναι τοῦ φαινομένου. τὰς γὰρ ἀποῤῥεούσας ἀτόμους ἀπὸ τῶν λίθων ταῖς ἀποῤῥεούσαις ἀπὸ τοῦ σιδήρου τοῖς σχήμασιν οἰκείας εἶναί φησιν, ὥστε περιπλέκεσθαι ῥᾳδίως. προσκρουούσας οὖν αὐτὰς τοῖς συγκρίμασιν ἑκατέροις, τοῖς τε τοῦ λίθου καὶ τοῦ σιδήρου, κᾄπειτ' εἰς τὸ μέσον ἀποπαλλομένας, οὕτως ἀλλήλαις τε περιπλέκεσθαι καὶ συνεπισπᾶσθαι τὸν σίδηρον. ὅτι μὲν οὖν τὸ τῶν ὑποθέσεων εἰς τὴν αἰτιολογίαν ἀπίθανον, ἄντικρυς δῆλον, ὅμως δ' οὖν ὁμολογεῖ τὴν ὁλκήν. καὶ οὕτω γε καὶ κατὰ τὰ σώματα τῶν ζώων φησὶ γίνεσθαι τάς τ' ἀναδόσεις καὶ τὰς διακρίσεις τῶν περιττωμάτων, καὶ τὰς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ἐνεργείας. Ἀσκληπιάδης δὲ τό τε τῆς εἰρημένης αἰτίας ἀπί[23]θανον

ferrum attrahit. Hic enim fortaffis illorum animos credere fubiget, attractrices convenientium qualitatum facultates in quoque effe corpore. Ac Epicurus quidem, quamvis fimilibus Afclepiadi elementis ad phyfiologiam fit ufus, tamen concedit, a magnete lapide ferrum attrahi, atque a fuccino paleas; tentatque ejus manifefti effectus caufam reddere. Quippe atomos, quae a lapide et quae a ferro defluunt, figuris inter fe convenire dicit, ita ut facile fefe amplectantur. Has igitur, quum in utraque lapidis ferrique concreta impingunt, deinde in medium refiliunt, obiter inter fe connecti ac ferrum una trahere. Ac quod ea quidem, quae ad caufae redditionem proponit, incredibilia funt, liquido patet. Attractum tamen plane fatetur; atque ad eundem modum in animalium corpore tum diftributionem in partes, tum excrementorum fecretionem, tum medicamentorum effectum fieri ait. Afclepiades vero tum caufam praedictam

Ed. Chart. V. [23.] Ed. Baſ. I. (93.)

ὑπειδόμενος, καὶ μηδεμίαν ἄλλην ἰσχὺν ἐφ' οἷς ὑπέθετο στοιχείοις ἐξευρίσκων πιθανὴν, ἐπὶ τὸ μηδ' ὅλως ἕλκεσθαι λέγειν ὑπὸ μηδενὸς μηδὲν ἀναισχυντήσας ἐτράπετο· δέον, εἰ μήθ' οἷς Ἐπίκουρος εἶπεν ἠρέσκετο, μήτ' ἄλλα βελτίω λέγειν εἶχεν, ἀποστῆναι τῶν ὑποθέσεων, καὶ τήν τε φύσιν εἰπεῖν τεχνικὴν, ἔτι τε καὶ οὐσίαν τῶν ὄντων ἑνουμένην τε πρὸς ἑαυτὴν ἀεὶ καὶ ἀλλοιουμένην πρὸς τῶν ἑαυτῆς μορίων εἰς ἄλληλα δρώντων τε καὶ πασχόντων. εἰ γὰρ ταῦθ' οὕτως ὑπέθετο, χαλεπὸν οὐδὲν ἦν τὴν τεχνικὴν ἐκείνην φύσιν ὁμολογῆσαι δυνάμεις ἔχειν, ἐπισπαστικὰς μὲν τῶν οἰκείων, ἀποκριτικὰς δὲ τῶν ἀλλοτρίων. οὐ γὰρ δὴ ἄλλο τί γε ἦν αὐτῇ τὸ τεχνικῇ τε εἶναι, καὶ τοῦ ζώου διασωστικῇ, καὶ τῶν νοσημάτων κριτικῇ, παρὰ τὸ προσίεσθαι μὲν καὶ φυλάττειν τὸ οἰκεῖον, ἀποκρίνειν δὲ τὸ ἀλλότριον. ἀλλ' Ἀσκληπιάδης κἀνταῦθα τὸ μὲν ἀκόλουθον ταῖς ἀρχαῖς αἷς ὑπέθετο σύνοιδεν, οὐ μὴν τήν γε πρὸς τὸ φαινόμενον ἐναργῶς ᾐδέσθη μάχην, ἀλλ' ὁμόσε

parum probabilem ſuſpicatus, tum vero nullam aliam probabilem facultatem ex iis, quae propoſuit, elementis inveniens, impudenter eo confugit, ut nihil ab ullo trahi dixerit, quum debuiſſet potius, ſi neque iis, quae Epicurus aſſeruit, erat contentus, neque alia dicere meliora potuit, ſuis hypotheſibus renunciare, ac naturam artificioſam dicere; praeterea rerum ſubſtantiam tum ſibi ſemper unitam, tum a ſuis ipſius partibus mutuo inter ſe agentibus patientibusque alteratam. Si namque haec ſic propoſuiſſet, nihil difficile fuiſſet artificioſam illam naturam fateri facultates habere, quibus convenientia ad ſe trahat, aliena a ſe repellat. Neque enim profecto aliud illi erat artifici eſſe, et animalis ſervatrici, et morborum decretrici, quam ut, quod conveniens eſt, appeteret ac ſervaret, et quod alienum eſt ſepararet. Verum Aſclepiades hic quoque, ſicut conſequentiam ex principiis iis, quae propoſuit, non eſt oblitus, ita pugnantiam cum iis, quae manifeſte apparent, nihil eſt

χωρεῖ καὶ περὶ τούτου πᾶσιν οὐκ ἰατροῖς μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, οὔτε κρίσιν εἶναί τινα λέγων, οὔθ' ἡμέραν κρίσιμον, οὔθ' ὅλως ἐπὶ σωτηρίᾳ ζώου πραγματεύεσθαι τὴν φύσιν. ἀεὶ γὰρ τὸ μὲν ἀκόλουθον φυλάττειν βούλεται, τὸ δ' ἐναργῶς φαινόμενον ἀνατρέπειν, ἔμπαλιν Ἐπικούρῳ. τιθεὶς γὰρ ἐκεῖνος ἀεὶ τὸ φαινόμενον, αἰτίαν αὐτοῦ ψυχρὰν ἀποδίδωσι. τὰ γὰρ ἀποπαλλόμενα σμικρὰ σώματα τῆς ἡρακλείας λίθου τοιούτοις ἑτέροις περιπλέκεσθαι μορίοις τοῦ σιδήρου, κἄπειτα διὰ τῆς περιπλοκῆς ταύτης, καὶ μηδαμοῦ φαινομένης, ἐπισπᾶσθαι βαρεῖαν οὕτως οὐσίαν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις πεισθείη. καὶ γὰρ, εἰ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, τό γε τῷ σιδήρῳ πάλιν ἕτερα προστιθέντι συνάπτεσθαι τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὐκέτι προσίεται. τί γὰρ ἐροῦμεν; ἢ δηλαδὴ τῶν ἀποῤῥεόντων τῆς λίθου μορίων ἔνια μὲν προσκρούσαντα τῷ σιδήρῳ πάλιν ἀποπάλλεσθαι, καὶ ταῦτα μὲν εἶναι, δι' ὧν κρέμασθαι συμβαίνει τὸν σίδηρον, τὰ δ' εἰς αὐτὸν εἰσδυόμενα διὰ τῶν

veritus. Sed in eo omnibus refragatur, non medicis modo, verum etiam reliquis hominibus, quod omnem in morbis naturae crifin, et decretorium diem, et naturam pro animalis falute in univerfum quicquam moliri negat; ubique enim, quod confequens eft, tueri vult; quod manifefte apparet, fubvertere; contra plane quam Epicurus. Hic enim, quod apparet, femper recipiens, caufam deinde ejus frigidam reddit. Parva namque illa corpufcula, quae a magnete lapide refiliunt, cum aliis fimilibus ferri corpufculis complicari; deinde per eum, qui nufquam apparet, complexum tam gravem fubftantiam attrahere, haud fcio, ut credi a quoquam poffit. Quippe fi id concedamus, certe illud, quod, pendenti ferro alia fi admoveas, ea quoque appenduntur, eandem caufam non recipit. Nam quid dicemus? an particularum, quae a lapide defluunt, quasdam, ubi ferro occurfant, refilire, atque has effe, per quas ferrum pendere contingat; quasdam ipfum ferrum ingreffas, per vacuos meatus

κενῶν πόρων διέρχεσθαι τάχιστα, κἄπειτα τῷ παρακειμένῳ σιδήρῳ (94) προσκρούοντα, μήτ' ἐκεῖνον διαδῦναι δύνασθαι, καὶ τόν γε πρῶτον διαδύντα, παλινδρομοῦντα δ' αὖθις ἐπὶ τὸν πρότερον ἑτέρας αὖθις ἐργάζεσθαι ταῖς προτέραις ὁμοίας περιπλοκάς; ἐναργῶς γὰρ ἐνταῦθα τὸ ληρῶδες τῆς αἰτίας ἐλέγχεται. γραφεῖα γοῦν οἶδά ποτε σιδηρᾶ πέντε κατὰ τὸ συνεχὲς ἀλλήλοις συναφθέντα, τοῦ πρώτου μὲν μόνου τῆς λίθου ψαύσαντος, ἐξ ἐκείνου δ' εἰς τἄλλα τῆς δυνάμεως διαδοθείσης. καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς, εἰ μὲν τῷ κάτω τοῦ γραφείου πέρατι προσάγοις ἕτερον, ἔχεταί τε καὶ συνάπτεται καὶ κρέμαται τὸ προσενεχθέν· εἰ δ' ἄλλῳ τινὶ μέρει τῶν πλαγίων προσθείης, οὐ συνάπτεται. πάντη γὰρ ὁμοίως ἡ τῆς λίθου διαδίδοται δύναμις, εἰ μόνον ἅψαιτο κατά τι τοῦ πρώτου γραφείου. καὶ μέντοι κἀκ τούτου πάλιν εἰς τὸ δεύτερον ὅλον ἡ δύναμις ἅμα νοήματι διαῤῥεῖ, κἀξ ἐκείνου πάλιν εἰς τὸ τρίτον ὅλον. εἰ δὴ νοήσαις μικράν τινα λίθον ἡρακλείαν ἐν οἴκῳ τινὶ κρεμαμένην, εἶτ' ἐν κύκλῳ πάμπολλα ψαύοντα σιδήρια, κἀκείνων πάλιν ἕτερα, κἀκείνων ἄλλα, καὶ τοῦτ' ἄχρι πλείονος, ἅπαντα

ocyſſime transire; deinde in proximum ſerrum impingere, neque illud ingredi poſſe, tametſi prius ferrum ſint ingreſſae, ſed rurſum ad prius reſilientes alios atque alios efficere complexus prioribus ſimiles? Hic namque manifeſte vanitas cauſae proditur. Siquidem vidimus ferreos ſtilos quinque continenter ſibi appenſos, quorum primus partem lapidis tetigit, per illum ſcilicet diffuſa in reliquos lapidis facultate. Nec eſt, quod dicas, ſi infimae ſtili parti alterum appendas, haerere hunc et pendere; ſi alii cuivis parti earum, quae a lateribus ſunt, admoveas, non haerere; ſimiliter enim undique diffunditur lapidis vis, ſi tantum contingat ex aliqua parte primum ſtilum, atque ex hoc in totum ſecundum ſubito transfluat, ſicut ex illo rurſus in tertium totum. Quod ſi exiguum mihi magnetem in domo quapiam pendere intelligas, deinde hunc undique multa exigua ferri corpuſcula tangere, atque haec rurſus alia, et illa itidem

Ed. Chart. V. [23. 24.] Ed. Bas. I. (94.)

δήπου πίμπλασθαι χρὴ τὰ σιδήρια τῶν ἀποῤῥεόντων τῆς λίθου σωμάτων. καὶ κινδυνεύει διαφορηθῆναι τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο λιθίδιον, εἰς τὰς ἀποῤῥοὰς διαλυθέν. καίτοι, κἂν εἰ μηδὲν παρακέοιτο αὐτῷ σιδήριον, εἰς τὸν ἀέρα σκεδάννυται, μάλιστ' εἰ καὶ θερμὸς ὑπάρχῃ. ναὶ, φησὶ, [24] σμικρὰ γὰρ αὐτὰ χρὴ πάνυ νοεῖν, ὥστε τῶν ἐμφερομένων τῷ ἀέρι ψηγμάτων τούτων δὴ τῶν σμικροτάτων ἐκείνων ἔνια μυριοστὸν εἶναι μέρος. εἶτ' ἐξ οὕτω σμικρῶν τολμᾶτε λέγειν κρεμάννυσθαι βάρη τηλικαῦτα σιδήρου; εἰ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν μυριοστόν ἐστι μέρος τῶν ἐν τῷ ἀέρι φερομένων ψηγμάτων, πηλίκον χρὴ νοῆσαι τὸ πέρας αὐτῶν τὸ ἀγκιστρῶδες, ᾧ περιπλέκεται πρὸς ἄλληλα; πάντως γὰρ δή που τοῦτο σμικρότατόν ἐστιν ὅλου τοῦ ψήγματος. εἶτα μικρὸν μικρῷ, κινούμενον κινουμένῳ περιπλακὲν, οὐκ εὐθὺς ἀποπάλλεται. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἄλλα ἄττα πάντως αὐτοῖς, τὰ μὲν κάτωθεν, τὰ δ' ἄνωθεν, καὶ τὰ μὲν ἔμπροσθεν, τὰ δ' ὄπισθεν, τὰ δ' ἐκ τῶν δεξιῶν, τὰ δ' ἐκ τῶν ἀριστερῶν

πάμπολλα, καί τις δακτύλιον χρυσοῦν ἐν τῷ στόματι φυλάττων ἄκων κατέπιε, καὶ ἄλλος τις νόμισμα, καὶ ἄλλος ἄλλο τι σκληρὸν καὶ δυσκατέργαστον· ἀλλ᾽ ὅμως ἅπαντες οὗτοι ῥᾳδίως ἀπεπάτησαν, ἃ κατέπιον, οὐδενὸς αὐτοῖς ἀποκολουθήσαντος συμπτώματος. εἰ δέ γ᾽ ἡ στενότης τοῦ πόρου τῆς γαστρὸς αἰτία τοῦ μένειν ἐπιπλέον ἦν τοῖς ἀτρίπτοις σιτίοις, οὐδὲν ἂν τούτων ποτὲ διεχώρησεν. ἀλλὰ καὶ τὸ τὰ πόματ᾽ αὐτοῖς ἐν τῇ γαστρὶ παραμένειν ἐπὶ πλεῖστον, ἱκανὸν ὑπάγειν τὴν ὑπόνοιαν τοῦ πόρου τῆς στενότητος. ὅλως γὰρ, εἴπερ ἦν ἐν τῷ κεχυλῶσθαι τὸ θᾶττον ὑπιέναι, τά τε ῥοφήματα ἂν οὕτω καὶ το γάλα καὶ ὁ τῆς πτισάνης χυλὸς αὐτίκα διεξῄει πᾶσιν. ἀλλ᾽ οὐχ ὧδ᾽ ἔχει. τοῖς μὲν γὰρ ἀσθενέσιν ἐπὶ πλεῖστον ἐμπλεῖ ταῦτα, καὶ κλύδωνας ἐργάζεται παραμένοντα, καὶ θλίβει, καὶ βαρύνει τὴν γαστέρα· τοῖς δ᾽ ἰσχυροῖς οὐ μόνον τούτων οὐδὲν συμβαίνει, ἀλλὰ καὶ πολὺ πλῆθος ἄρτων καὶ κρεῶν ὑποχωρεῖ ταχέως. οὐ μόνον δ᾽ ἐκ τοῦ περιτετάσθαι καὶ βαρύνεσθαι τὴν γαστέρα,

valde magna saepe plurima devorant; jam annulum quidam aureum, quem ore tenebat, imprudens deglutivit; alter vero nummum; alius aliud durum quoddam, et quod confici non poteſt; attamen hi omnes facile excreverunt ea, quae devoraſſent, nullo illis ſuperveniente ſymptomate. Quod ſi meatus ventriculi anguſtia cauſa eſſet diutinae in eo parum comminuti cibi morae, nihil ſane horum pertransiſſet. Quin etiam quod potio ipſa longo ſpatio illis in ventriculo moretur, ſatis fuerit, quod eos a ſuſpicione de meatus anguſtia abducat. Omnino enim ſi cauſa celeris egreſſus eſſet ipſa transmutatio in ſuccum peracta, utique et ſorbitiones, et lac, et ptiſanae cremor in omnibus illico transirent: verum ſecus eſt; nam qui imbecilli ſunt, iis diutiſſime haec innatant, et fluctuationes cum ſonitu, dum morantur, excitant, ventriculumque premunt pariter et gravant; qui validi ſunt, iis adeo nihil horum incidit, ut etiam panis et carnis magna copia facile deſcendat. Sane non ſolum ex eo, quod undique tenſus ſit et gravatus ventriculus,

καὶ μεταῤῥεῖν ἄλλοτ᾽ εἰς ἄλλα μέρη μετὰ κλύδωνος, το παραμένειν ἐπὶ πλέον ἐν αὐτῇ πάντως τοῖς οὕτως ἔχουσι τεκμήραιτ᾽ ἄν τις, ἀλλὰ κἀκ τῶν ἐμέτων. ἔνιοι γὰρ οὐ μετὰ τρεῖς ὥρας ἢ τέτταρας, ἀλλὰ νυκτῶν ἤδη μέσων, παμπόλλου μεταξὺ χρόνου διελθόντος ἐπὶ ταῖς προσφοραῖς, ἀνήμεσαν ἀκριβῶς πάντα τὰ ἐδηδεσμένα. καὶ μὲν δὴ καὶ ζώων ὁτιοῦν ἐμπλήσας ὑγρᾶς τροφῆς, ὥσπερ ἡμεῖς πολλάκις ἐπὶ συῶν ἐπειράθημεν, ἐξ ἀλεύρων μεθ᾽ ὕδατος οἷον κυκεῶνά τινα δόντες αὐτοῖς, ἔπειτα μετὰ τρεῖς που καὶ τέτταρας ὥρας (110) ἀνατεμόντες, εἰ οὕτω καὶ σὺ πράξειας, εὑρήσεις ἔτι κατὰ τὴν γαστέρα τὰ ἐδηδεσμένα. πέρας γὰρ αὐτοῖς ἐστι τῆς ἐνταῦθα μονῆς, οὐχ ἡ χύλωσις, ἣν καὶ ἐκτὸς ἔτι ὄντων μηχανήσασθαι δυνατόν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἡ πέψις, ἕτερόν τι τῆς χυλώσεως οὖσα, καθάπερ αἱμάτωσίς τε καὶ θρέψις. ὡς γὰρ κἀκεῖνα δέδεικται ποιοτήτων μεταβολῇ γιγνόμενα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ἐν τῇ γαστρὶ πέψις τῶν σιτίων εἰς τὴν οἰκείαν ἐστὶ τῷ τρεφομένῳ ποιότητα

ac quae in eo sunt, alias in aliam partem cum sonitu fluctuent, morari diutius in eo, quae assumpta sunt, iis, qui ita se habent, possis conjicere, sed etiam ex vomitionibus. Siquidem sunt, qui non post tres quatuorve horas, sed jam media nocte, cum multum intercessisset a cibo tempus, omnia prorsus, quae sumpsissent, vomuerunt. Quin etiam si animans quodvis humido expleveris cibo, veluti ipsi in suibus subinde sumus experti, ex farina atque aqua quandam velut miscellam illis objicientes, deinde post tres quatuorve horas dissecantes, si tu quoque ita feceris, invenies adhuc in ventre ea, quae assumpserunt. Quippe conversio ciborum in cremorem non est morae istic manendi terminus, quam utique etiam, dum foris sunt, efficere licet, sed concoctio, quae a conversione in cremorem res est diversa, sicut sanguificatio et nutritio. Quemadmodum enim haec qualitatum mutatione fieri ostensum est, eodem modo concoctio ciborum in ventriculo mutatio eorum est in propriam ejus, quod

μεταβολή. καὶ ὅταν γε πεφθῇ τελέως, ἀνοίγνυται μὲν τηνικαῦτα τὸ κάτω στόμα, καὶ διεκπίπτει δι' αὐτοῦ τὰ σιτία ῥᾳδίως, εἰ καὶ πλῆθός τι μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντα τύχοι λίθων, ἢ ὀστῶν, ἢ γιγάρτων, ἢ τινος ἄλλου χυλωθῆναι μὴ δυναμένου. καί σοι τοῦτ' ἔνεστιν ἐπὶ ζώου θεάσασθαι, στοχασαμένῳ τὸν καιρὸν τῆς κάτω διεξόδου. καὶ μέν γε καὶ εἰ σφαλείης ποτὲ τοῦ καιροῦ, καὶ μηδὲν μήπω κάτω παρέρχοιτο, πεπτομένων ἔτι κατὰ τὴν γαστέρα τῶν σιτίων, οὐδ' οὕτως ἄκαρπος ἡ ἀνατομή σοι γενήσεται. θεάσῃ γὰρ ἐπ' αὐτῶν, ὅπερ ὀλίγῳ πρόσθεν ἐλέγομεν, ἀκριβῶς μὲν μεμυκότα τὸν πυλωρὸν, ἅπασαν δὲ τὴν γαστέρα περιστελλομένην τοῖς σιτίοις τρόπον ὁμοιότατον, ὅνπερ καὶ αἱ μῆτραι τοῖς κυουμένοις. οὐ γάρ ἐστιν οὐδέπω κενὴν εὑρεῖν χώραν, οὔτε κατὰ τὰς ὑστέρας, οὔτε κατὰ τὴν κοιλίαν, οὔτε κατὰ τὰς κύστεις ἀμφοτέρας, οὔτε κατὰ τὴν χοληδόχον ὀνομαζομένην, οὔτε τὴν ἑτέραν· ἀλλ' εἴτε ὀλίγον εἴη τὸ περιεχόμενον ἐν αὐταῖς, εἴτε πολὺ, μεσταὶ καὶ πλήρεις αὐτῶν αἱ κοιλίαι φαίνονται, περιστελλομένων ἀεὶ τῶν χιτώνων τοῖς περιεχομένοις, ὅταν γε κατὰ φύσιν ἔχῃ τὸ ζῶον.

nutritur, qualitatem. Ubi autem ad perfectionem cibos concoxit, tum aperit inferius os, exciduntque per ipsum facile cibi, etiamsi lapides, ossa, acinos aliave, quae verti in cremorem non possint, plurima secum habeant; licetque hoc in animali contempleris, conjecto descensus ciborum tempore. Quin si quando te tempus fallat, nec quicquam deorsum feratur, ventriculo adhuc cibos coquente, ne sic quidem infrugifera tibi dissectio erit; cernes namque in illis ea, quae paulo supra diximus, pylorum ad unguem clausum, ventriculum autem totum cibos suo complexu prementem perinde omnino, sicut uterus foetum. Neque enim est invenire, nec in utero, nec ventre, nec vesica utravis, nec ea quae bilem excipit, nec altera, locum vacuum; sed sive parum sit, quod in his continetur, sive multum, pleni eorum sinus apparent, tunicis ipsis semper ea, quae continent, arcte complectentibus, modo scilicet naturaliter animal se ha-

Ἐρασίστρατος δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν περιστολὴν τῆς γαστρὸς ἁπάντων αἰτίαν ἀποφαίνει, [59] καὶ τῆς λειώσεως τῶν σιτίων, καὶ τῆς τῶν περιττωμάτων ὑποχωρήσεως, καὶ τῆς τῶν κεχυλωμένων ἀναδόσεως. ἐγὼ μέντοι μυριάκις ἐπὶ ζῶντος ἔτι τοῦ ζώου διελὼν τὸ περιτόναιον εὗρον ἀεὶ τὰ μὲν ἔντερα πάντα περιστελλόμενα τοῖς ἐνυπάρχουσι, τὴν κοιλίαν δ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπὶ μὲν ταῖς ἐδωδαῖς ἄνωθέν τε καὶ κάτωθεν αὐτὰ καὶ πανταχόθεν ἀκριβῶς περιειληφυῖαν ἀκίνητον, ὡς δοκεῖν ἡνῶσθαι, καὶ περιπεφυκέναι τοῖς σιτίοις· ἐν δὲ τούτῳ καὶ τὸν πυλωρὸν εὕρισκον ἀεὶ μεμυκότα καὶ κεκλεισμένον ἀκριβῶς, ὥσπερ τὸ τῶν ὑστερῶν στόμα ταῖς ἐγκύμοσιν· ἐπὶ μέντοι ταῖς πέψεσι συμπεπληρωμέναις ἀνέῳκτο μὲν ὁ πυλωρὸς, ἡ γαστὴρ δὲ περισταλτικῶς ἐκινεῖτο παραπλησίως τοῖς ἐντέροις.

Κεφ. ε'. Ἅπαντα οὖν ἀλλήλοις ὁμολογεῖ ταῦτα, ἐν τῇ γαστρὶ καὶ ταῖς ὑστέραις καὶ ταῖς κύστεσιν εἶναί τινας ἐμφύτους δυνάμεις, καθεκτικὰς μὲν τῶν οἰκείων ποιοτήτων,

beat. Erasistrato autem, nescio quo pacto, complexum hunc ventriculi omnium esse causam placet, tum ciborum laevitatis, tum excrementorum subductionis, tum distributionis eorum, quae in cremorem sunt conversa. Ego tamen in viventi adhuc animali, diviso ejus peritonaeo, sexcenties deprehendi semper intestina complexu suo iis, quae continerent, applicita, ventriculum vero non perpetuo, sed post assumptos cibos superne eos inferneque et undique arcte complexum ac immotum, adeo ut cibis uniri et iis undique adhaerere videretur. Quo tempore etiam pylorum conniventem clausumque ad unguem inveni, non secus ac praegnantibus os uteri; at post concoctionem consummatam reclusus quidem erat pylorus, ventriculus autem complexus motu intestinorum ritu movebatur.

Cap. V. Omnia igitur haec inter se in idem consentiunt, quod aliquae sint in ventriculo, in utero, in vesicis ingenitae facultates, quae et retinere possint ea, quae qualitate conveniant, et quae aliena sunt expellere.

ἀποκριτικὰς δὲ τῶν ἀλλοτρίων. ὅτι μὲν γὰρ ἕλκει τὴν χολὴν εἰς ἑαυτὴν ἡ ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστις, ἔμπροσθεν δέδεικται. ὅτι δὲ καὶ ἀποκρίνει καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν εἰς τὴν γαστέρα, καὶ τοῦτ᾽ ἐναργῶς φαίνεται. καὶ μὴν εἰ διεδέχετο τὴν ἑλκτικὴν δύναμιν ἡ ἐκκριτικὴ, καὶ οὐ μέση τις ἦν αμφοῖν ἡ καθεκτικὴ. διὰ παντὸς ἐχρῆν, ἀνατεμνομένων τῶν ζώων, ἴσον πλῆθος χολῆς εὑρίσκεσθαι κατὰ τὴν κύστιν. οὐ μὴν εὑρίσκεταί γε. ποτὲ μὲν γὰρ πληρεστάτη, ποτὲ δὲ κενοτάτη, ποτὲ δὲ τὰς ἐν τῷ μεταξὺ διαφορὰς ἔχουσα θεωρεῖται, καθάπερ καὶ ἡ ἑτέρα κύστις ἡ τὸ οὖρον ὑποδεχομένη. ταύτης μέν γε καὶ πρὸ τῆς ἀνατομῆς αἰσθανόμεθα, πρὶν ἀνιαθῆναι, τῷ πλήθει βαρυνθείσης, ἢ τῇ δριμύτητι δηχθείσης, αθροιζούσης ἔτι τὸ οὖρον, ὡς οὔσης κἀνταῦθά τινος δυνάμεως καθεκτικῆς. οὕτω δὲ καὶ ἡ γαστὴρ ὑπὸ δριμύτητος πολλάκις δηχθεῖσα, πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος ἄπεπτον ἔτι τὴν τροφὴν ἀποτρίβεται. αὖθις δ᾽ ἂν ποτε τῷ πλήθει βαρυνθεῖσα, ἢ κατ᾽ ἄμφω συνελθόντων κακῶς διατεθεῖσα, διαῤῥοίαις ἑάλω. καὶ μέν γε καὶ οἱ ἔμετοι, τῷ πλήθει βαρυνθείσης

Siquidem quod bilem ad fe trahat ea quae jecinori fubeft vefica, fupra eft monftratum; quod autem et in ventrem quotidie ejiciat, id quidem evidenter cernitur. Atqui fi tractricis operam ftatim excretricis actio exciperet, nec media femper inter eas intercederet vis retentrix, oporteret, diffectis animalibus, parem in vefica bilis inveniri modum; at non fic invenitur; quippe alias pleniffima, alias prorfus vacua, alias fub medio ftatu, variis fe habens modis cernitur, qualiter etiam altera, quae lotium recipit. Hanc namque ante omnem diffectionem colligere urinam fentimus, prius etiam, quam eam vel multitudinis pondere, vel mordentis acrimonia offendi, tanquam hic quoque non deficiente retentrice facultate. Ita nimirum et ventriculus, mordente fubinde acrimonia irritatus, ante legitimum tempus crudum adhuc cibum abjicit, rurfus multitudine aliquando gravatus, aut etiam ambabus coëuntibus male affectus, diarrhoeis infeftatur. Quin etiam fuperioris ventris, vel multitudine gravati,

αὐτῆς, ἢ τὴν ποιότητα τῶν ἐν αὐτῇ σιτίων τε καὶ περιττωμάτων μὴ φερούσης, ἀνάλογόν τι ταῖς διαῤῥοίαις πάθημα τῆς ἄνω γαστρός ἐστιν. ὅταν μὲν γὰρ ἐν τοῖς κάτω μέρεσιν αὐτῆς ἡ τοιαύτη γένηται διάθεσις, ἐῤῥωμένων τῶν κατὰ τὸν στόμαχον, εἰς διάῤῥοιαν ἐτελεύτησεν· ὅταν δ' ἐν τοῖς κατὰ τὸ στόμα, τῶν ἄλλων εὐρωσταύντων, εἰς ἐμέτους.

Κεφ. ς'. Ἔνεστι δὲ καὶ τοῦτ' ἐναργῶς ἰδεῖν πολλάκις ἐπὶ τῶν ἀποσίτων· ἀναγκαζόμενοι γὰρ ἐσθίειν, οὔτε καταπίνειν εὐσθενοῦσιν, οὔτ', εἰ καὶ βιάσαιντο, κατέχουσιν, ἀλλ' εὐθὺς ἀνεμοῦσι. καὶ οἱ ἄλλως δὲ τῶν ἐδεσμάτων πρὸς ὁτιοῦν δυσχεραίνοντες, βιασθέντες ἐνίοτε προσάρασθαι, ταχέως ἐξεμοῦσιν, ἢ, εἰ κατάσχοιεν βιασάμενοι, ναυτιώδεις τέ εἰσι καὶ τῆς γαστρὸς ὑπτίας αἰσθάνονται καὶ σπευδούσης ἀποθέσθαι τὸ λυποῦν. οὕτως ἐξ ἁπάντων τῶν φαινομένων, [60] ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐῤῥέθη, μαρτυρεῖται τὸ δεῖν ὑπάρχειν τοῖς τοῦ ζώου μορίοις σχεδὸν ἅπασιν ἔφεσιν μέν τινα καὶ οἷον ὄρεξιν τῆς οἰκείας ποιότητος, ἀποστροφὴν δέ τινα

vel ciborum excrementorumve qualitatem non ferentis, similis diarrhoeis quidam affectus vomitio est. Ubi enim in imis ejus partibus talis affectus incidit, ac firmae partes sunt, quae circa stomachum habentur, diarrhoeae citantur; quum vero ejus os sic afficitur, si caeterae partes sunt valentes, vomitiones cientur.

Cap. VI. Licet porro idem et in iis, qui cibum fastidiunt, intueri; quippe qui comesse coacti nec deglutire, quod comederunt, valent, nec, si id per vim faciant, quod deglutitum est, retinent, sed protinus evomunt. Etiam qui alias quoque cibum quemlibet aversantur, si urgeantur aliquando, ut eum sumant, celeriter evomunt; vel, si violenter contineant, et nausea infestantur, et resupinari sibi ventriculum sentiunt, et quod offendit, amoliri properare. Ita nimirum ex omnibus, quae evidenter apparent, quod inter principia diximus, confirmatur, omnibus scilicet propemodum animalis partibus inesse debere desiderium quoddam ac veluti appetentiam conve-

Ed. Chart. V. [60.] Ed. Baſ. I. (110.)

καὶ οἷον μῖσός τι τῆς ἀλλοτρίας. ἀλλ' ἐφιέμενα μὲν ἕλκειν εὔλογον, ἀποστρεφόμενα δ' ἐκκρίνειν. κἀκ τούτων πάλιν ἥ τε ἑλκτικὴ δύναμις ἀποδείκνυται ὑπάρχουσα, καθάπερ καὶ ἡ προωστική. ἀλλ' εἴπερ ἔφεσίς τέ τίς ἐστι καὶ ἕλξις, εἴη ἄν τις καὶ ἀπόλαυσις. οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἕλκει τι δι' αὐτὸ τὸ ἕλκειν, ἀλλ' ἵν' ἀπολαύσῃ τοῦ διὰ τῆς ὁλκῆς εὐπορηθέντος. καὶ μὴν ἀπολαύειν οὐ δύναται, μὴ κατασχόν. κἀν τούτῳ πάλιν ἡ καθεκτικὴ δύναμις ἀποδείκνυται τὴν γένεσιν ἀναγκαίαν ἔχουσα. σαφῶς γὰρ ἐφίεται μὲν τῶν οἰκείων ποιοτήτων ἡ γαστὴρ, ἀποστρέφεται δὲ τῶν ἀλλοτρίων. ἀλλ' εἴπερ ἐφίεταί τε καὶ ἕλκει, καὶ ἀπολαύει κατέχουσα καὶ περιστελλομένη, εἴη ἄν τι καὶ πέρας αὐτῆς τῆς ἀπολαύσεως, κἀπὶ τῷδ' ὁ καιρὸς ἤδη τῆς ἐκκριτικῆς δυνάμεως ἐνεργούσης.

Κεφ. ζ. Ἀλλ' εἰ καὶ κατέχει καὶ ἀπολαύει, καταχρῆται πρὸς ὃ πέφυκε. πέφυκε δὲ τοῦ προσήκοντος ἑαυτῇ

nientis ſibi qualitatis, averſionem autem quandam velutique odium alienae. At dum expetunt, attrahere eas rationabiliter exiſtimantur; dum averſantur, a ſeipſis repellere; atque ex his rurſus tum attractrix facultas in toto ineſſe monſtratur, tum expultrix. At vero ſi et appetentia quaedam eſt et attractio, fuerit profecto et fruitio aliqua, quum nihil in rerum ſit natura, quod propter ipſum trahere trahat, imo ut eo, cujus per tractum fit compos, fruatur. Atqui frui eo non licet, niſi retineat. Jam hinc rurſus retentrix vis neceſſario genita eſſe probatur; quippe ventriculus manifeſte convenientes qualitates expetit, alienas reſpuit. Sed ſi et appetit, et trahit, et retinendo ac undique complectendo fruitur, erit utique et finis illi quispiam fruitionis; poſt quem jam expultricis facultatis agendi tempus ſuccedit.

Cap. VII. Verum ſi et retinet et fruitur, etiam ad eum finem, ad quem ſic retinet et fruitur, abutitur. Porro is finis eſt, ut ejus, quod in qualitate conveniens

κατὰ ποιότητα καὶ οἰκείου μεταλαμβάνειν. ὥσθ' ἕλκει τῶν σιτίων ὅσον χρηστότατον ἀτμωδῶς τε καὶ κατὰ βραχὺ, καὶ τοῦτο τοῖς ἑαυτῆς χιτῶσιν ἐναποτίθεταί τε καὶ προστίθησιν. ὅταν δ' ἱκανῶς ἐμπλησθῇ, καθάπερ ἄχθος τι τὴν λοιπὴν ἀπωθεῖται τροφὴν, ἐσχηκυῖάν τι χρηστὸν ἤδη καὶ αὐτὴν ἐκ τῆς πρὸς τὴν γαστέρα κοινωνίας. οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται δύο σώματα δρᾷν καὶ πάσχειν ἐπιτήδεια συνελθόντα μὴ οὐκ ἤτοι πάσχειν τε ἅμα καὶ δρᾷν, ἢ θάτερον μὲν δρᾷν, θάτερον δ' αὐτῶν πάσχειν. ἐὰν μὲν γὰρ ἰσάζῃ ταῖς δυνάμεσιν, ἐξ ἴσου δράσει τε καὶ πείσεται· ἂν δ' ὑπερέχῃ πολὺ καὶ κρατῇ θάτερον, ἐνεργήσει περὶ τὸ πάσχον. ὥστε δράσει μέγα μέν τι καὶ αἰσθητόν· αὐτὸ δ' ἤτοι σμικρόν τι καὶ οὐκ αἰσθητὸν, ἢ παντάπασιν οὐδὲν πείσεται. ἀλλ' ἐν τούτῳ δὴ καὶ μάλιστα διήνεγκε φαρμάκου δηλητηρίου τροφή· τὸ μὲν γὰρ κρατεῖ τῆς ἐν τῷ σώματι δυνάμεως, ἡ δὲ κρατεῖται. οὔκουν ἐνδέχεται τροφὴν μὲν εἶναί τι τῷ ζώῳ προσήκουσαν, οὐ μὴν καὶ κρατεῖσθαί γ' ὁμοίως πρὸς τῶν

consentiensque eſt, partem aliquam capiat. Itaque quod in cibis optimum eſt, id halitus ſpecie et paulatim ſibi attrahit, atque in tunicis ſuis reponit, iisdemque adjungit. Ubi abunde ſaturatus eſt, quicquid reliquum nutrimenti eſt, veluti oneroſum aliquid rejicit; quanquam ex eo, quod cum ventriculo habuit, commercio ipſum quoque conſecutum eſt ſalutare aliquid. Neque enim fieri poteſt, ut duo corpora, quae ad agendum ac patiendum ſunt nata, ubi convenerunt, non vel ſimul patiantur agantque, vel alterum agat, alterum patiatur Quippe, ſi pares iis vires ſunt, ex aequo tum agent, tum patientur; ſin longe ſuperet vincatque alterum, magnum quiddam, et quod ſenſu percipi poſſit, in id, quod patitur, efficiet, ipſum vero vel exiguum aliquid, et quod ſenſu deprehendi non poſſit, vel omnino nihil patietur. Porro in hoc potiſſimum diſſidet nutrimentum a medicamento venenoſo; hoc namque vim corporis vincit, illud ab hac vincitur. Minime igitur poteſt conveniens animali nutrimentum eſſe, quod ab iis, quae in animali ſunt, quali-

ἐν τῷ ζώῳ ποιοτήτων· τὸ κρατεῖσθαι δ' ἦν ἀλλοιοῦσθαι. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὲν ἰσχυρότερα ταῖς δυνάμεσίν ἐστι μόρια, τὰ δ' ἀσθενέστερα, κρατήσει μὲν πάντα τῆς οἰκείας τῷ ζώῳ τροφῆς, οὐχ ὁμοίως δὲ πάντα. κρατήσει δ' ἄρα καὶ ἡ γαστὴρ, καὶ ἀλλοιώσει τὴν τροφήν· οὐ μὴν ὁμοίως ἥπατι, καὶ φλεψὶ, καὶ ἀρτηρίαις, καὶ καρδίᾳ. πόσον οὖν ἐστιν, ὃ ἀλλοιοῖ, καὶ δὴ θεασώμεθα. πλέον μὲν ἢ κατὰ στόμα, μεῖον δὲ ἢ κατὰ ἧπάρ τε καὶ (111) τὰς φλέβας. αὕτη μὲν γὰρ ἡ ἀλλοίωσις εἰς αἵματος οὐσίαν ἄγει τὴν τροφὴν, ἡ δ' ἐν τῷ στόματι μεθίστησι μὲν αὐτὴν ἐναργῶς εἰς ἕτερον εἶδος, οὐ μὴν εἰς τέλος γε μετακοσμεῖ. μάθοις δ' ἂν ἐπὶ τῶν καταλειφθέντων ταῖς διαστάσεσι τῶν ὀδόντων σιτίων, καταμεινάντων δι' ὅλης νυκτός. οὔτε γὰρ ἄρτος ἀκριβῶς ὁ ἄρτος, οὔτε κρέας ἐστὶ τὸ κρέας, ἀλλ' ὄζει μὲν τοιοῦτον, οἷον καὶ τὸ τοῦ ζώου στόμα· διαλέλυται δὲ καὶ διατέτηκε, καὶ τὰς ἐν τῷ ζώῳ τῆς [61] σαρκὸς ἀπομέμακται ποιότητας. ἔνεστι δέ σοι θεάσασθαι τὸ μέγεθος τῆς ἐν τῷ στόματι

tatibus non vincitur; porro vinci aliud non eft, quam alterari. At quoniam particularum aliae viribus funt firmioribus, aliae magis imbecillis, vincent quidem omnes nutrimentum id, quod animali eft conveniens, non tamen aequali omnes modo. Ergo vincet etiam venter, ac nutrimentum alterabit, non tamen fic, ut jecur, et venae, et arteriae, et cor. Quanta igitur fit ventris alteratio, age jam videamus. Sane ea major eft, quam quae in ore perficitur; minor vero ea, quae in jecinore et venis; horum namque alteratio nutrimentum in fanguinis fubftantiam mutat; quae autem in ore agitur, mutat quidem id in alteram fpeciem manifefte, non tamen ad perfectionem transformat. Difcas id ex iis, quae ex cibo in dentium intervallis relicta per totam noctem haeferunt. Neque enim panis inibi relictus prorfus eft panis, neque caro prorfus caro; fed olet quidem ejusmodi quiddam, cujusmodi olet animalis os; caeterum et diffolutum eft, et liquatum, et carnium animalis admifcuit fibi qualitates. Licet autem contemplcris, quam magna

τῶν σιτίων ἀλλοιώσεως, εἰ πυροὺς μασησάμενος, ἐπιθείης ἀπέπτοις δοθιῆσιν. ὄψει γὰρ αὐτοὺς τάχιστα μεταβάλλοντάς τε καὶ συμπέττοντας, οὐδὲν τοιοῦτον, ὅταν ὕδατι φυραθῶσιν, ἐργάσασθαι δυναμένους. καὶ μὴ θαυμάσῃς· τὸ γάρ τοι φλέγμα τουτὶ τὸ κατα τὸ στόμα καὶ λειχήνων ἐστὶν ἄκος, καὶ σκορπίους ἀναιρεῖ παραχρῆμα, καὶ πολλα τῶν ἰοβόλων θηρίων τὰ μὲν εὐθέως ἀποκτείνει, τὰ δ᾽ ἐς ὕστερον· ἅπαντα γοῦν βλάπτει μεγάλως. ἀλλὰ τὰ μὲν μεμασημένα σιτία πρῶτον μὲν τούτῳ τῷ φλέγματι βέβρεκταί τε καὶ πεφύραται· δεύτερον δὲ καὶ τῷ χρωτὶ τοῦ στόματος ἅπαντα πεπλησίακεν· ὥστε πλείονα μεταβολὴν εἴληφε τῶν ἐν αὐταῖς ταῖς κεναῖς χώραις τῶν ὀδόντων ἐσφηνωμένων. ἀλλ᾽ ὅσον τὰ μεμασημένα τούτων ἐπὶ πλέον ἠλλοίωτο, τοσοῦτον ἐκείνων τὰ καταποθέντα. μὴ γὰρ οὐδὲ παραβλητὸν εἴη τὸ τῆς ὑπερβολῆς, εἰ τὸ κατὰ την κοιλίαν ἐννοήσαιμεν φλέγμα, καὶ χολὴν, καὶ πνεῦμα, καὶ θερμασίαν, καὶ ὅλην τὴν οὐσίαν τῆς γαστέρος. εἰ δὲ καὶ συνεπινοήσαις αὐτῇ τὰ παρακείμενα

fit in ore ciborum alteratio, fi manfum triticum crudis furunculis applicaveris; cernes namque, id ocyffime hos mutare et concoquere; quum tamen, fi aquae admifceatur, nequeat tale quicquam efficere. Nec eft quod id mirere; nam pituita haec, quae in ore habetur, et lichenum remedium eft, et fcorpios ftatim necat; praeterea multas ex iis, quae venenum mittunt, beftias partim protinus perimit, partim fpatio; omnes certe infigniter laedit. Sed qui manfi funt cibi, primum quidem hac pituita imbuuntur, et cum ea mifcentur; deinde carnem quoque oris omnes contrectarunt; itaque majorem mutationem funt confecuti, quam ii, qui in vacuis dentium intervallis fuere impacti. Verum quanto ii, qui manfi funt, his, qui inhaeferunt, magis funt alterati, tanto etiam illis magis hi, qui devorati funt; fiquidem incomparabilis erit horum alterationis exceffus, fi et quae in ventre eft pituita, et bilis, et fpiritus, et calor, et tota ventris fubftantia aeftimentur. Quod fi vifcera quoque,

σπλάγχνα, καθάπερ τινὶ λέβητι μεγάλῳ πυρὸς ἑστίας πολλὰς, ἐκ δεξιῶν μὲν τὸ ἧπαρ, ἐξ ἀριστερῶν δὲ τὸν σπλῆνα, τὴν καρδίαν δ' ἐκ τῶν ἄνω, σὺν αὐτῇ δὲ καὶ τὰς φρένας αἰωρουμένας τε καὶ διαπαντὸς κινουμένας, ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις σκέπον τὸ ἐπίπλοον, ἐξαίσιόν τινα πεισθήσῃ τὴν ἀλλοίωσιν γίγνεσθαι τῶν εἰς τὴν γαστέρα καταποθέντων σιτίων. πῶς δ' ἂν ἠδύνατο ῥᾳδίως αἱματοῦσθαι, μὴ προπαρασκευασθέντα τῇ τοιαύτῃ μεταβολῇ; δέδεικται γὰρ οὖν καὶ πρόσθεν, ὡς οὐδὲν εἰς τὴν ἐναντίαν ἀθρόως μεθίσταται ποιότητα. πῶς οὖν ὁ ἄρτος αἷμα γίνεται, πῶς δὲ τὸ τεῦτλον, ἢ ὁ κύαμος, ἤ τι τῶν ἄλλων, εἰ μὴ πρότερόν τινα ἑτέραν ἀλλοίωσιν ἐδέξατο; πῶς δ' ἡ κόπρος εὐθὺς ἐν τοῖς λεπτοῖς ἐντέροις ἀθρόως γεννηθήσεται; τί γὰρ ἐν τούτοις σφοδρότερον εἰς ἀλλοίωσίν ἐστι τῶν κατὰ τὴν γαστέρα; πότερον τῶν χιτώνων τὸ πλῆθος, ἢ τῶν γειτνιώντων σπλάγχνων ἡ περίθεσις, ἢ τῆς μονῆς ὁ χρόνος, ἢ σύμφυτός τις ἐν τοῖς ὀργάνοις θερμασία; καὶ μὴν κατ' οὐδὲν τούτων πλεονεκτεῖ τὰ ἔντερα τῆς γαστρός. τί ποτ' οὖν ἐν μὲν τῇ γαστρὶ νυκτὸς

quae illi adjacent, tanquam magno lebeti plures ignis foci, pariter aeſtimata ſint, a dextris quidem jecur, a ſiniſtris lien, ſuperne cor, et cum eo transverſum ſeptum et ſuſpenſum et aſſidue motum, his etiam amplius omentum, quod praedicta tegit, ingentem quandam ciborum, qui in ventriculum ſunt devorati, alterationem fieri credas. Quo autem pacto mutari facile in ſanguinem poſſent, niſi tali eſſent mutatione praeparati? Monſtratum namque ſupra eſt, nihil in contrariam qualitatem totum ſimul migrare. Ergo quomodo fiet ſanguis ex pane, quomodo ex beta fabave, aut reliquis id genus, niſi haec alteram prius mutationem ſint adepta? Jam quomodo in tenuibus inteſtinis confeſtim creabitur ſtercus? Quid enim quaeſo in his efficacius ad alterationem dicas iis, quae ſunt circa ventrem? num tunicarum numerum, an circumpoſitorum viſcerum vicinitatem, an morae ſpatium, an innatum quendam in inſtrumentis calorem? atqui nullo horum ſuperant inteſtina ventrem. Cur igitur,

ὅλης πολλάκις μείναντα τὸν ἄρτον ἔτι φυλάττεσθαι βούλονται τὰς ἀρχαίας διασώζοντα ποιότητας, ἐπειδὰν δ' ἅπαξ ἐμπέσῃ τοῖς ἐντέροις, εὐθὺς γίγνεσθαι κόπρον; εἰ μὲν γὰρ ὁ τοσοῦτος χρόνος ἀδύνατος ἀλλοιοῦν, οὐδ' ὁ βραχὺς ἱκανός. εἰ δ' οὗτος αὐτάρκης, πῶς οὐ πολλῷ μᾶλλον ὁ μακρός; ἆρ' οὖν ἀλλοιοῦται μὲν ἡ τροφὴ κατὰ τὴν κοιλίαν, ἄλλην δέ τιν' ἀλλοίωσιν, καὶ οὐχ οἵαν ἐκ τῆς φύσεως ἴσχει τοῦ μεταβάλλοντος ὀργάνου; ἢ ταύτην μὲν, οὐ μὴν τήν γ' οἰκείαν τῷ τοῦ ζώου σώματι; μακρῷ τοῦτ' ἀδυνατώτερόν ἐστι. καὶ μὴν οὐκ ἄλλο γε ἦν πέψις ἢ ἀλλοίωσις εἰς τὴν οἰκείαν τοῦ τρεφομένου ποιότητα. εἴπερ οὖν ἡ πέψις τοῦτό ἐστι, καὶ ἡ τροφὴ κατὰ τὴν γαστέρα δέδεικται δεχομένη ποιότητα τῷ μέλλοντι πρὸς αὐτῆς τραφήσεσθαι ζώῳ προσήκουσαν, ἱκανῶς ἀποδέδεικται τὸ πέττεσθαι κατὰ τὴν γαστέρα τὴν τροφήν. καὶ γελοῖος μὲν Ἀσκληπιάδης, οὔτ' ἐν ταῖς ἐρυγαῖς λέγων ἐμφαίνεσθαί ποτε τὴν ποιότητα τῶν πεφθέντων σιτίων, οὔτ' ἐν τοῖς ἐμέτοις, οὔτ' ἐν ταῖς ανα-

ubi panis tota ſaepe nocte moratus eſt in ventre, etiam ſervari eum volunt ac priſtinas ſuas qualitates tueri, ubi ſemel inteſtinis incidit, ſtatim effici ſtercus? Quippe ſi tantum tempus ad alterandum ſatis non eſt, certe breve ſatis non eſt; ſin breve ad alterandum eſt ſatis, quomodo non magis ſufficiat tempus longum? An igitur alteratur quidem alimentum in ventre, caeterum diverſa alteratione, et non tali, qualem ex mutantis inſtrumenti habet natura? An hac quidem eſt alteratum, non tamen ea, quae eſt corpori animalis propria? Hoc longe profecto minus fieri quovis pacto poteſt, quando non aliud erat concoctio, quam alteratio in propriam ejus, quod nutritur, qualitatem. Si igitur concoctio hoc eſt, et oſtenſum eſt, nutrimentum in ventre ſuſcipere qualitatem, quae ſit animali, quod ex ipſo nutriendum eſt, conveniens, ex eo jam demonſtratum eſt ſcilicet, quod in ventre nutrimentum concoquitur. Eſtque ridiculus ſane Aſclepiades, quum dicit, nec in ructibus, nec in vomitionibus, nec diſſectionibus concoctorum ciborum qualitatem unquam ap-

τομαις. αὐτὸ γὰρ δὴ τὸ τοῦ σώματος ἐξόζειν αὐτὰ τῆς κοιλίας ἐστὶ τὸ πεπέφθαι. ὁ δ᾽ οὕτως ἐστὶν εὐήθης, ὥστ᾽, ἐπειδὴ τῶν παλαιῶν ἀκούει λεγόντων, ἐπὶ τὸ χρηστὸν ἐν τῇ γαστρὶ μεταβάλλειν τὰ σιτία, δοκιμάζει ζητεῖν οὐ τὸ κατὰ δύναμιν, ἀλλὰ τὸ κατὰ γεῦσιν χρηστὸν, [62.] ὥσπερ ἢ τοῦ μήλου μηλωδεστέρου, χρὴ γὰρ οὕτως αὐτῷ διαλέγεσθαι, γιγνομένου κατὰ τὴν κοιλίαν, ἢ τοῦ μέλιτος μελιτωδεστέρου. πολὺ δ᾽ εὐηθέστερός ἐστι καὶ γελοιότερος ὁ Ἐρασίστρατος, ἢ μὴ νοῶν, ὅπως εἴρηται πρὸς τῶν παλαιῶν ἡ πέψις ἑψήσει παραπλήσιον ὑπάρχειν, ἢ ἑκὼν σοφιζόμενος ἑαυτόν. ἑψήσει μὲν οὖν, φησὶν οὗτος, ἐλαφρὰν ἔχουσαν θερμασίαν, οὐκ εἰκὸς εἶναι παραπλησίαν τὴν πέψιν, ὥσπερ ἢ τὴν Αἴτνην δέον ὑποθεῖναι τῇ γαστρὶ, ἢ ἄλλως αὐτῆς ἀλλοιῶσαι τὰ σιτία μὴ δυναμένης, ἢ δυναμένης ἀλλοιοῦν μὲν, οὐ κατὰ τὴν ἔμφυτον δὲ θερμασίαν, ὑγρὰν οὖσαν δηλονότι, καὶ διὰ τοῦθ᾽ ἕψειν, οὐκ ὀπτᾷν, εἰρημένην. ἐχρῆν δ᾽ αὐτὸν, εἴπερ περὶ πραγμάτων ἀντιλέγειν ἐβούλετο, πειραθῆναι δεῖξαι, μάλιστα μὲν καὶ

parere; ſiquidem hoc ipſum, quod corporis ventriculi odorem referunt, ex ipſa provenit concoctione. Hic vero adeo eſt rudis, ut, quum veteres dicere audiat, cibos in ventre in probum chylum mutari, non eum, qui viribus *ſpectetur*, ſed eum, qui guſtui *probetur*, quaerendum putet, tanquam vel pomo magis pomo (ita enim diſputandum cum hoc eſt) in ventre reddito, vel melle magis melle. Porro multo magis rudis magisque ridiculus eſt Eraſiſtratus, aut non intelligens, quemadmodum a veteribus dictum ſit, concoctionem eſſe elixationi ſimilem, aut ſponte ſeipſum fallens. Atque elixationi quidem, quae tam levem habeat calorem, concoctionem aſſimilari poſſe, negat veriſimile eſſe, tanquam aut Aetna ſubjicienda ventri ſit, aut alias alterari ab eo cibi non poſſint, aut poſſint quidem alterari, non tamen per inſitum illi calorem, qui humidus ſit, eoque elixare, non torrere dicatur. Debebat autem, ſi quidem contra de rebus diſceptare voluit, maxime quidem ac primum illud docere, nec

πρῶτον τὴν γαστέρα, ὡς οὐδὲ μεταβάλλει τὴν ἀρχὴν, οὐδ' ἀλλοιοῦται κατὰ ποιότητα πρὸς τῆς γαστρὸς τὰ σιτία· δεύτερον δὲ, εἴπερ μὴ οἷός τε ἦν τοῦτο πιστώσασθαι, τὸ τὴν ἀλλοίωσιν αὐτῶν ἄχρηστον εἶναι τῷ ζώῳ· εἰ δὲ μηδὲ τοῦτ' εἶχε διαβάλλειν, ἐξελέγξαι τὴν περὶ τὰς δραστικὰς ἀρχὰς ὑπόληψιν, καὶ δεῖξαι, τὰς ἐνεργείας ἐν τοῖς μορίοις οὐ διὰ τὴν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ ποιὰν κρᾶσιν ὑπάρχειν, ἀλλὰ δι' ἄλλο τι· εἰ δὲ μηδὲ τοῦτ' ἐτόλμησε διαβάλλειν, ἀλλ' ὅτι γε μὴ τὸ θερμόν ἐστιν ἐν τοῖς ὑπὸ φύσεως διοικουμένοις τὸ τῶν ἄλλων δραστικώτατον· ἢ εἰ μηδὲ τοῦτο μήτε τῶν ἄλλων τι τῶν ἔμπροσθεν εἶχεν ἀποδεικνύναι, μὴ ληρεῖν ὀνόματι προσπαλαίοντα μάτην, ὥσπερ οὐ σαφῶς Ἀριστοτέλους ἔν τ' ἄλλοις πολλοῖς κἀν τῷ τετάρτῳ τῶν μετεωρολογικῶν, ὅπως ἡ πέψις ἑψήσει παραπλήσιος εἶναι λέγεται, καὶ ὅτι μὴ πρώτως, μηδὲ κυρίως ὀνομαζόντων, εἰρηκότος. ἀλλ', ὡς ἤδη λέλεκται πολλάκις, ἀρχὴ τούτων ἁπάντων ἐστὶ μία, περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ διασκέψασθαι, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἐποίησεν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἀπο-

mutare prorſus, nec alterare in qualitate ventrem cibos; ſecundo loco, ſi id confirmare non potuiſſet, alterationem eorum in ventre animali eſſe inutilem; ſi nec id calumniari licuiſſet, opinionem, quae de activis habetur principiis, refellere monſtrareque, non provenire in partibus actionem ex certa calidi, frigidi, humidi ſiccique temperatura, ſed alio quopiam; quod ſi nec id calumniari eſt auſus, ſaltem illud docere, non eſſe calidum in iis, quae naturae adminiſtratione reguntur, caeteris efficacius; vel ſi nec id, nec caeterorum, quae dicta ſunt, quicquam demonſtrare potuiſſet, minime nugari, fruſtra de nomine contendendo; tanquam Ariſtoteles tum in aliis non paucis, tum in quarto Meteorologicon, quemadmodum concoctio elixationi ſit ſimilis, quodque nec primum nec proprie ſic nominetur, non clare prodiderit. Verum ſicuti jam dictum eſt, unum omnium horum principium eſt, de calido, frigido, humido et ſicco conſiderationem iniviſſe: ſicut in ſecundo de generatione et corruptione Ariſtoteles

δείξας απάσας τὰς κατὰ τὸ σῶμα μεταβολὰς καὶ ἀλλοιώσεις ὑπο τουτων γιγνεσθαι. ἀλλ' Ἐρασίστρατος οὔτε τούτοις, οὔτε ἄλλῳ τινὶ τῶν προειρημένων ἀντειπὼν, ἐπὶ τοὔνομα μόνον ἐτράπετο τῆς ἑψήσεως. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς πέψεως, εἰ καὶ τἄλλα πάντα παρέλιπε, τὸ γοῦν, ὅτι διαφέρει τῆς ἐκτὸς ἑψήσεως ἡ ἐν τοῖς ζώοις πέψις, ἐπειράθη δεικνύναι.

Κεφ. η'. Περὶ δὲ τῆς καταπόσεως οὐδ' ἄχρι τοσούτου. τί γάρ φησιν; ὁλκὴ μὲν οὖν τῆς κοιλίας οὐδὲ μία φαίνεται εἶναι. καὶ μὴν δύο χιτῶνας ἡ γαστὴρ ἔχει, πάντως ἕνεκά του γεγονότας, καὶ διήκουσιν οὗτοι μέχρι καὶ τοῦ στόματος, ὁ μὲν ἔνδον, οἷός ἐστι κατὰ τὴν γαστέρα, τοιοῦτος διαμένων, ὁ δ' ἕτερος ἐπὶ τὸ σαρκωδέστερον ἐν τῷ στομάχῳ τρεπόμενος. ὅτι μὲν οὖν ἐναντίας ἀλλήλαις τὰς ἐπιβολὰς τῶν ἰνῶν ἔχουσιν οἱ χιτῶνες οὗτοι, τὸ φαινόμενον αὐτὸ μαρτυρεῖ. τίνος δ' ἕνεκα τοιοῦτοι γεγόνασιν, Ἐρασίστρατος μὲν οὐδ' ἐπεχείρησεν εἰπεῖν, ἡμεῖς δ' ἐροῦμεν. ὁ μὲν ἔνδον εὐθείας ἔχει τὰς ἶνας, ὁλκῆς γὰρ ἕνεκα γέ-

fecit, omnes, quae in corpore sunt, mutationes alterationesque ab his proficisci demonstrans. Caeterum Erasistratus, neque his, neque alio ullo ex jam dictis refutato, ad nomen elixationis tantummodo se convertit. Atque de coctione quidem, tametsi caetera omnia praetermisit, illud saltem demonstrare conatus est, differre ab externa elixatione eam, quae in animalibus est, concoctionem.

Cap. VIII. De deglutitione vero ne tantum quidem egit; quid enim ait? Attractio quidem ventriculi nulla esse videtur. Atqui ventriculus duas habet tunicas, quae omnino alicujus gratia sunt conditae, pertinentque hae etiam usque ad ipsum os; quae quidem interior est, qualis in ipso est ventre, talis persistens; altera in carnosam magis in gula conversa. Ac quod contrarias inter se fibrarum dispositiones hae tunicae habeant, ipsa rei evidentia testatur; cujus autem causa tales sint conditae, Erasistratus certe ne vel conatus est dicere, nos vero nunc dicemus. Quae interna est, in directum porrectas habet fibras, ut quae trahendi causa sit instituta; exter-

γονεν· ὁ δ' ἔξωθεν ἐγκαρσίας, ὑπὲρ τοῦ κατὰ κύκλον περιστέλλεσθαι. ἑκάστων γὰρ καὶ (112) τῶν κινουμένων ὀργάνων ἐν τοῖς σώμασι κατὰ τὰς τῶν ἰνῶν θέσεις αἱ κινήσεις εἰσίν. ἐπ' αὐτῶν δὲ πρῶτον τῶν μυῶν, εἰ βούλει, βασάνισον τὸν λόγον, ἐφ' ὧν καὶ αἱ ἶνες ἐναργέσταται, καὶ αἱ κινήσεις αὐτῶν ὁρῶνται διὰ σφοδρότητα. μετὰ δὲ τοὺς μῦς [63] ἐπὶ τὰ φυσικὰ τῶν ὀργάνων ἴθι, καὶ πάντως ὄψει κατὰ τὰς ἶνας κινούμενα. καὶ διὰ τοῦθ' ἑκάστῳ μὲν τῶν ἐντέρων στρογγύλαι καθ' ἑκάτερον τῶν χιτώνων αἱ ἶνές εἰσι· περιστέλλονται γὰρ μόνον, ἕλκουσι δὲ οὐδέν. ἡ γαστὴρ δὲ τῶν ἰνῶν τὰς μὲν εὐθείας ἔχει χάριν ὁλκῆς, τὰς δ' ἐγκαρσίας ἕνεκα περιστολῆς. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς μυσὶν, ἑκάστης τῶν ἰνῶν τεινομένης τε καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἑλκομένης, αἱ κινήσεις γίγνονται, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐν τῇ γαστρὶ, τῶν μὲν ἐγκαρσίων ἰνῶν τεινομένων, ἔλαττον ἀνάγκη γίγνεσθαι τὸ εὖρος τῆς περιεχομένης ὑπ' αὐτῶν κοιλότητος, τῶν δ' εὐθειῶν ἑλκομένων τε καὶ εἰς αὐτὰς συναγομένων, οὐκ ἐνδέχεται μὴ οὐ συναιρεῖσθαι τὸ μῆκος. ἀλλὰ μὴν

tia transverfas, quo circulo contrahan. Quippe fingulorum, quae moventur, inftrumentorum corpora pro fibrarum fitu motus habent. Primum autem, fi placet, in mufculis ipfis fermonem examina; in quibus tum fibrae ipfae, tum motus propter excellentiam evidentiffime cernuntur. A mufculis ad naturalia inftrumenta te conferas, omnino videbis, ea per fibras moveri. Itaque etiam fingulis inteftinis circulares in utraque tunica fibrae funt; contrahuntur enim duntaxat, nec quicquam trahunt; at venter alias fibrarum rectas habet, quibus fcilicet trahat, alias transverfas, quibus conftringat. Quemadmodum enim in mufculis, dum fibra quaeque intenditur atque ad principium retrahitur, motus eorum obitur, itidem in ventre; dum transverfae fibrae tenduntur, latitudinem contentae inter ipfas cavitatis minorem fieri eft neceffe; rectae vero dum trahuntur ac in feipfas coguntur, fieri nequit, ut non minuatur longitudo. At vero

ἐναργῶς φαίνεται καταπινόντων συναιρούμενον, καὶ τοσοῦτον ὁ λάρυγξ ἀνατρέχων, ὅσον ὁ στόμαχος κατασπᾶται. καὶ ὅταν γε, συμπληρωθείσης τῆς ἐν τῷ καταπίνειν ἐνεργείας, ἀφεθῇ τῆς τάσεως ὁ στόμαχος, ἐναργῶς πάλιν φαίνεται καταφερόμενος ὁ λάρυγξ. ὁ γὰρ ἔνδον χιτὼν τῆς γαστρὸς, ὁ τὰς εὐθείας ἶνας ἔχων, ὁ καὶ τὸν στόμαχον ὑπαλείφων καὶ τὸ στόμα, τοῖς ἐντὸς μέρεσιν ἐπεκτείνεται τοῦ λάρυγγος. ὥστ' οὐκ ἐνδέχεται, κατασπωμένων αὐτῶν ὑπὸ τῆς κοιλίας, μὴ οὐ συνεπισπᾶσθαι καὶ τὸν λάρυγγα. ὅτι δ' αἱ περιφερεῖς ἶνες, αἷς περιστέλλεται τά τ' ἄλλα μόρια καὶ ἡ γαστὴρ, οὐ συναιροῦσι τὸ μῆκος, ἀλλὰ συστέλλουσι καὶ στενοῦσι τὴν εὐρύτητα, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἐστιν ὁμολογούμενον Ἐρασιστράτου: περιστέλλεσθαι γάρ φησι τοῖς σιτίοις τὴν γαστέρα κατὰ τὸν τῆς πέψεως ἅπαντα χρόνον. ἀλλ' εἰ περιστέλλεται μὲν, οὐδὲν δὲ τοῦ μήκους ἀφαιρεῖται τῆς κοιλίας, οὐκ ἔστι τῆς περισταλτικῆς κινήσεως ἴδιον τὸ κατασπᾶν κάτω τὸν στόμαχον. ὅπερ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἐρασίστρατος εἶπε, τοῦτο μόνον αὐτὸ συμβήσεται, τὸ, τῶν ἄνω συστελ-

deglutientibus nobis, liquido cernitur larynx imminutus, sursumque in tantum currens, quantum gula deorsum trahitur. Quumque, completa jam deglutiendi functione, laxaverit se gula, luculenter descendere cernitur larynx; siquidem interna ventriculi tunica, quae rectas habet fibras, quaeque tum gulam intrinsecus vestit, tum os ipsum, ea super internis laryngis partibus extenditur. Itaque fieri nequit, quum ipsa a ventriculo deorsum trahitur, ut non simul et larynx attrahatur. Quod autem circulares fibrae, quibus contrahuntur tum aliae partes, tum vero ventriculus, de longitudine nihil minuant, sed latitudinem contrahant atque angustent, id quidem Erasistratum fateri invenias; quippe cibos toto concoctionis tempore undique constringere ventrem ait. At si undique constringit, nec tamen quicquam de ventris longitudine aufert, non est ejus, qui constringit, motus proprium, ut gulam deorsum trahat. Quippe quod Erasistratus ipse dixit, id illi tantummodo contingit, ut, dum

Ed. Chart. V. [65.] Ed. Bal. I. (112.)

λομένων, διαστέλλεσθαι τὰ κάτω. τοῦτο δ' ὅτι, κἂν εἰς νεκροῦ τὸν στόμαχον ὕδατος ἐκχέῃς, φαίνεται γιγνόμενον, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. ταῖς γὰρ τῶν ὑλῶν διὰ στενοῦ τοῦ σώματος ὁδοιπορίαις ἀκόλουθόν ἐστι τὸ σύμπτωμα· θαυμαστὸν γὰρ, εἰ. διερχομένου τινὸς αὐτὸν ὄγκου, μὴ διασταλήσεται. οὐκοῦν τὸ μὲν, τῶν ἄνω συστελλομένων, διαστέλλεσθαι τὰ κάτω κοινόν ἐστι καὶ τοῖς νεκροῖς σώμασι, δι' ὧν ὁπωσοῦν τι διεξέρχεται, καὶ τοῖς ζῶσιν, εἴτε περιστέλλοιτο τοῖς διερχομένοις, εἴθ' ἕλκοιτο· τὸ δὲ τῆς τοῦ μήκους συναιρέσεως ἴδιον τῶν τὰς εὐθείας ἶνας ἐχόντων ὀργάνων, ἵν' ἐπισπάσωνταί τι. ἀλλὰ μὴν ἐδείχθη κατασπώμενος ὁ στόμαχος, οὐ γὰρ ἂν εἷλκε τὸν λάρυγγα. δῆλον οὖν, ὡς ἡ γαστὴρ ἕλκει τὰ σιτία διὰ τοῦ στομάχου. καὶ ἡ κατὰ τὸν ἔμετον δὲ τῶν ἐμουμένων ἄχρι τοῦ στόματος φορὰ πάντως μέν που καὶ αὐτὴ τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἀναφερομένων διατεινόμενα μέρη τοῦ στομάχου διεστῶτα κέκτηται, τῶν πρόσω δ' ὅ τι ἂν ἑκάστοτ' ἐπιλαμβάνηται, τοῦτ' ἀρχόμενον διαστέλλεται, τὸ δ',

superiores partes contrahuntur, inferiores dilatentur; id vero quod, si in demortui quoque gulam aquam infundas, fieri cernetur, nemo ignorat; transitum namque materiae per angustum corpus id accidens consequitur; mirum enim sit, si, transeunte per ipsum mole aliqua, non dilatetur. Illud ergo, quod, supernis partibus contractis, infernae dilatentur, commune est tum mortuis corporibus, per quae quoquomodo aliquid transit, tum vivis, idque, sive constringantur ab iis, quae transeunt, sive trahantur. At minuere longitudinem instrumentorum, quibus rectae sunt fibrae, quo scilicet aliquid attrahant, proprium est munus; atqui demonstratum est, gulam attrahere, non enim alias laryngem traheret; patet igitur, ventriculum per gulam cibos attrahere: et in vomitione eorum, quae vomuntur, usque ad os ipsum delatio, omnino siquidem et ipsa partes eas gulae, quae a subeuntibus dilatantur, hiantes habet; partium vero, quae a fronte, quamcunque complexa fuerit undique, hanc dilatat obsequen-

ὄπισθεν καταλείπει δηλονότι συστελλόμενον, ὥσθ' ὁμοίαν εἶναι πάντη τὴν διάθεσιν τοῦ στομάχου κατά γε τοῦτο τῇ τῶν καταπινόντων. ἀλλὰ, τῆς ὁλκῆς μὴ παρούσης, τὸ μῆκος ὅλον ἴσον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις συμπτώμασι διαφυλάττεται. διὰ τοῦτο καὶ καταπίνειν ῥᾷόν ἐστιν ἢ ἐμεῖν, ὅτι καταπίνεται μὲν, ἀμφοῖν τῆς γαστρὸς τῶν χιτώνων ἐνεργούντων, τοῦ μὲν ἐντὸς ἕλκοντος, τοῦ δ' ἐκτὸς περιστελλομένου τε καὶ συνεπωθοῦντος, ἐμεῖται δὲ, θατέρου μόνου τοῦ ἔξωθεν ἐνεργοῦντος, οὐδενὸς ἕλκοντος εἰς τὸ στόμα. οὐ γὰρ δὴ, ὥσπερ ἡ τῆς γαστρὸς ὄρεξις προηγεῖτο τοῦ καταπίνειν τὰ σιτία, τὸν αὐτὸν τρόπον κἂν τοῖς ἐμέτοις ἐπιθυμεῖ τι τῶν κατὰ τὸ στόμα μορίων τοῦ γιγνομένου παθήματος, [64] ἀλλ' ἄμφω τῆς γαστρὸς αὐτῆς εἰσιν ἐναντίαι διαθέσεις, ὀρεγομένης μὲν καὶ προσιεμένης τὰ χρήσιμά τε καὶ οἰκεῖα, δυσχεραινούσης δὲ καὶ ἀποτριβομένης τὰ ἀλλότρια. διὸ καὶ τὸ καταπίνειν αὐτὸ τοῖς μὲν ἱκανῶς ὀρεγομένοις τῶν οἰκείων ἐδεσμάτων τῇ γαστρὶ τάχιστα γίγνεται, σαφῶς ἑλκούσης αὐτὰ καὶ κατασπώσης, πριν ἢ μασσηθῆναι· τοῖς δ' ἤτοι φάρμακόν τι κατ' ἀνάγ-

tem; quae vero a tergo pars est, hanc utique contractam relinquit; ita ut gulae affectus juxta hoc omnino deglutientium affectui similis sit. Caeterum ubi tractus nullus adest, longitudo tota in talibus symptomatis aequa servatur. Atque idcirco deglutire facilius est, quam vomere, quia deglutitur, ambabus ventris tunicis agentibus, interna quidem trahente, externa se contrahente unaque trudente; vomitur autem, altera tantum, quae foris est, agente, nec ulla in os trahente. Non enim, sicuti ventris appetentia deglutiendos cibos praecedit, sic in vomitionibus appetit oris pars ulla excitati affectus quippiam; sed sunt ambo ventris affectus inter se contrarii, alter appetentis et suscipientis, quae utilia sunt ac propria, alter abhorrentis et rejicientis, quae sunt aliena. Eoque deglutitio ipsa in iis, qui convenientes ventri cibos immodice appetunt, ocyssime fit, ventre scilicet eos manifeste attrahente ac deorsum vellente prius, quam sint mansi; in iis vero, qui vel medicamentum

την πίνουσιν ἤ τι σιτίον ἐν χώρᾳ φαρμάκου προσφερομένοις ἀνιαρὰ καὶ βραδεῖα καὶ μόγις ἡ κατάποσις αὐτῶν ἐπιτελεῖται. δῆλος οὖν ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων ὁ μὲν ἔνδον χιτὼν τῆς γαστρὸς, ὁ τὰς εὐθείας ἔχων ἶνας, τῆς ἐκ τοῦ στόματος εἰς αὐτὴν ὁλκῆς ἕνεκα γεγονὼς, καὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς καταπόσεσι μόναις ἐνεργῶν· ὁ δ' ἔξωθεν, ὁ τὰς ἐγκαρσίας ἶνας ἔχων, ἕνεκα μὲν τοῦ περιστέλλεσθαι τοῖς ἐνυπάρχουσι καὶ προωθεῖν αὐτὰ τοιοῦτος ἀποτελεσθεὶς, ἐνεργῶν δ' οὐδὲν ἧττον ἐν τοῖς ἐμέτοις, ἢ ταῖς καταπόσεσιν. ἐναργέστατα δὲ μαρτυρεῖ τῷ λεγομένῳ καὶ τὸ κατὰ τὰς χάννας τε καὶ τοὺς συνόδοντας γιγνόμενον· εὑρίσκεται γὰρ ἐνίοτε τούτων ἡ γαστὴρ ἐν τῷ στόματι, καθάπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς περὶ ζώων ἔγραψεν ἱστορίαις, καὶ προστίθησί γε τὴν αἰτίαν, ὑπὸ λαιμαργίας αὐτοῖς τοῦτο συμβαίνειν φάσκων. ἔχει γὰρ ὧδε. κατὰ τὰς σφοδροτέρας ὀρέξεις ἄνω προστρέχει πᾶσι τοῖς ζώοις ἡ γαστὴρ, ὥστε τινὲς τοῦ πάθους αἴσθησιν ἐναργῆ σχόντες ἐξέρπειν αὐτοῖς φασι την κοιλίαν, ἐνίων δὲ μασσωμένων ἔτι, καὶ μήπω

aliquod coacti bibunt, vel cibum aliquem medicamenti loco ſumunt, moleſta deglutitio eſt aegreque perficitur. Ergo ex jam dictis patet, internam gulae tunicam, cui rectae ſunt fibrae, quo ab ore in ſe attrahat, eſſe inſtitutam, eoque in deglutiendo tantum agere; externam vero, cui transverſae ſunt fibrae, quo conſtringat ea, quae continet, ac protrudat, talem eſſe factam, eandem tamen non minus in vomendo, quam deglutiendo, operam ſuam navantem. Clariſſime ſubſcribit his, quae dicimus, et quod in hiatulis et voracibus accidit; horum enim venter interim in ore invenitur, veluti Ariſtoteles in libris de animalium hiſtoria prodidit, reddita etiam cauſa, prae ingluvie id inquiens illis contingere; ita enim ſcribit. *In vehementiore appetentia venter omnibus animalibus ſurſum procurrit adeo, ut nonnulli, quum primum incipere eum affectum ſentiunt, foras repere ſibi ventrem dicant: aliis vero cibos, quos adhuc mandunt nec dum*

καλῶς ἐν τῷ στόματι τὰ σιτία κατειργασμένων, ἐξαρπάζειν φανερῶς ἀκόντων. ἐφ᾽ ὧν οὖν ζώων, φύσει λαιμάργων ὑπαρχόντων, ἥ τ᾽ εὐρυχωρία τοῦ στόματός ἐστι δαψιλὴς, ἥ τε τῆς γαστρὸς θέσις ἐγγὺς, ὡς ἐπὶ συνόδοντος καὶ χάννης, οὐδὲν θαυμαστὸν, ὅταν ἱκανῶς πεινάσαντα διώκῃ τι τῶν μικροτέρων ζώων, εἶτ᾽ ἤδη πλησίον ᾖ τοῦ συλλαβεῖν, ἀνατρέχειν, ἐπειγούσης τῆς ἐπιθυμίας, εἰς τὸ στόμα τὴν γαστέρα. γενέσθαι δ᾽ ἄλλως ἀμήχανον τοῦτο, μὴ οὐχ ὥσπερ διὰ χειρὸς τοῦ στομάχου τῆς γαστρὸς ἐπισπωμένης εἰς ἑαυτὴν τὰ σιτία. καθάπερ γὰρ καὶ ἡμεῖς ὑπὸ προθυμίας ἐνίοτε τῇ χειρὶ συνεπεκτείνομεν ὅλους ἡμᾶς αὐτοὺς ἕνεκα τοῦ θᾶττον ἐπιδράξασθαι τοῦ προκειμένου σώματος, οὕτω καὶ ἡ γαστὴρ οἷον χειρὶ τῷ στομάχῳ συνεπεκτείνεται. καὶ διὰ τοῦτο, ἐφ᾽ ὧν ζώων ἅμα τὰ τρία ταυτὶ συνέπεσεν, ἔφεσίς τε σφοδρὰ τῆς τροφῆς, ὅ τε στόμαχος μικρὸς, ἥ τ᾽ εὐρυχωρία τοῦ στόματος δαψιλὴς, ἐπὶ τούτων ὀλίγη ῥοπὴ τῆς ἐπεκτάσεως εἰς τὸ στόμα τὴν κοιλίαν ὅλην ἀναφέρει. ἤρκει μὲν οὖν ἴσως ἀνδρὶ φυσικῷ παρ᾽ αὐτῆς μόνης τῆς κατασκευῆς τῶν ὀργά-

ſatis ore confecerunt, eripit plane invitis. Ergo in iis animalibus, quae natura ſunt guloſa, quibusque oris laxitas eſt ampla, ac ventris ſitus propinquus (veluti in hiatulis et voracibus cernitur) nihil miri eſt, ſi, quum in admodum vehementi eſurie minorum animalium aliquod perſequuntur, ac jam in eo prope ſunt, ut comprehendant, aviditate perurgente venter eorum in os ſurſum rapitur. Fieri autem id aliter prorſus nequit, niſi venter cibos per gulam, veluti per manum, ad ſe trahat. Sicuti enim et nos prae ſtudio aliquando nos totos una cum manu extendimus, quo promptius corpus, quod petimus, apprehendamus, ita et venter cum gula, veluti cum manu, una extenditur. Proinde in quibus animalibus haec tria ſimul incidunt, vehemens nutrimenti aviditas, parvus ſtomachus et oris laxitas ampla, in his levis extenſionis motus totum ventrem ſurſum in os agit. Ac phyſico quidem homini fortaſſe ſufficeret ex una ipſa

των τὴν ἔνδειξιν τῆς ἐνεργείας λαμβάνειν. οὐ γὰρ δὴ μάτην γε ἂν ἡ φύσις ἐκ δυοῖν χιτώνων ἐναντίως ἀλλήλοις ἐχόντων ἀπειργάσατο τὸν οἰσοφάγον, εἰ μὴ καὶ διαφόρως ἑκάτερος αὐτῶν ἐνεργεῖν ἔμελλεν. ἀλλ' ἐπεὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὰ τῆς φύσεως ἔργα διαγινώσκειν οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατόν εἰσιν ἱκανοὶ, φέρε κἀκ τῆς τῶν ζώων ἀνατομῆς ἐπιδείξωμεν αὐτοῖς, ὡς ἑκάτερος τῶν χιτώνων ἐνεργεῖ τὴν εἰρημένην ἐνέργειαν. εἰ δή τι λαβὼν ζῶον, εἶτα γυμνώσας αὐτοῦ τὰ περικείμενα τῷ στομάχῳ σώματα, χωρὶς τοῦ διατεμεῖν τινα τῶν νεύρων, ἢ τῶν ἀρτηριῶν, ἢ τῶν φλεβῶν τῶν αὐτόθι τεταγμένων, ἐθέλοις ἀπὸ τῆς γένυος ἕως τοῦ θώρακος εὐ(113)θείαις τομαῖς διελεῖν τὸν ἔξω χιτῶνα, τὸν ἔχοντα τὰς ἶνας ἐγκαρσίας, κἄπειτα τῷ ζώῳ τροφὴν προσενεγκεῖν, ὄψει καταπῖνον αὐτὸ, καίτοι τῆς περισταλτικῆς ἐνεργείας ἀπολωλυίας. εἰ δ' αὖ πάλιν ἐφ' ἑτέρου ζώου διατέμοις ἀμφοτέρους τοὺς χιτῶνας τομαῖς ἐγκαρσίαις, θεάσῃ καὶ τοῦτο καταπῖνον, οὐκέτ' ἐνεργοῦντος τοῦ ἐντός. ᾧ δῆλον, ὅτι καὶ θατέρῳ αὐτῶν καταπίνειν οἷόν τ' ἐστὶν,

inſtrumentorum compoſitione argumentum actionis ſumpſiſſe; nam fruſtra profecto natura ex duabus tunicis, quae contrario modo inter ſe habent, oeſophagum feciſſet, niſi earum unaquaeque diſſimili modo agere poſſet. Verum quoniam omnia citius quam naturae opera dignoſcere Eraſiſtrati ſectatores poſſunt, agedum ex animalium diſſectione doceamus eos, utramque tunicam praedictis fungi actionibus. Ergo ſi, accepto animali quopiam, corpora, quae circa ſtomachum ejus ſunt, auferens, nullo eorum, quae illic habentur, nec nervo, nec arteria, nec vena praeciſa, velis a mento ad thoracem usque externam gulae tunicam, cui transverſae ſunt fibrae, recta ſectione dividere, mox cibum animali objicere, videbis, id cibum deglutire, tametſi conſtringendi vis illi ſit adempta. Rurſus ſi in altero animali utramque tunicam transverſa inciſione ſecueris, id quoque deglutire videbis, nullam etiam opem ferente tunica interna. Ex quo manifeſte patet, quod altera earum deglutire licet,

ἀλλὰ χεῖρον ἢ δι' ἀμφοτέρων. [65] πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτ' ἔστι σαφῶς θεάσασθαι ἐπὶ τῆς εἰρημένης ἀνατομῆς, ὡς ἐν τῷ καταπίνειν ὑποπίμπλαται πνεύματος ὁ στόμαχος τοῦ συγκαταπινομένου τοῖς σιτίοις, ὃ, περιστελλομένου μὲν τοῦ ἔξωθεν χιτῶνος, ὠθεῖται ῥᾳδίως εἰς τὴν γαστέρα σὺν τοῖς ἐδέσμασι, χρόνου δὲ τοῦ ἔνδον ὑπάρχοντος, ἐμποδὼν ἵσταται τῇ φορᾷ τῶν σιτίων, διατεῖνόν τε αὐτὸν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐμποδίζον. ἀλλ' οὐδὲ τούτων οὐδὲν Ἐρασίστρατος εἶπεν, οὐθ' ὡς ἡ σκολιὰ θέσις τοῦ στομάχου διαβάλλει σαφῶς τὸ δόγμα τῶν νομιζόντων, ὑπὸ τῆς ἄνωθεν βολῆς ποδηγούμενα μέχρι τῆς γαστρὸς ἰέναι τὰ καταπινόμενα. μόνον δ', ὅτι πολλὰ τῶν μακροτραχήλων ζώων ἐπικεκυφότα καταπίνει, καλῶς εἶπεν. ᾧ δῆλον, ὅτι φαινόμενον, οὐ τὸ πῶς καταπίνομεν ἀποδείκνυσιν, ἀλλὰ τὸ πῶς οὐ καταπίνομεν. ὅτι γὰρ μὴ διὰ μόνης τῆς ἄνωθεν βολῆς, ἐκ τούτου δῆλον· οὐ μὴν εἴθ' ἑλκούσης τῆς κοιλίας, εἴτε παράγοντος αὐτὰ τοῦ στομάχου, δῆλον ἤδη πω. ἀλλ' ἡμεῖς γε

caeterum deterius quam ambabus. Etenim praeter alia illud quoque perspicere in jam dicta dissectione licet, quod inter deglutiendum spiritu, qui una cum cibis deglutitur, stomachus impletur; is autem, constringente se externa tunica, facile in ventrem cum cibis compellitur; tempore autem, quo intus est, descendentibus cibis impedimento sit, tum eam distendens, tum ejus actionem impediens. Sed nec horum cujusquam Erasistratus meminit, nec quod obliquus stomachi situs eorum dogma clare resellit, qui putant, ea, quae deglutiuntur, a momento illo, quo superne sunt impulsa, usque in ventrem promoveri. Unum modo recte dixit, multa eorum animalium, quibus longum collum est, inclinato corpore deglutire. Quo scilicet sensibili effectu planum est demonstrare eum, non utique, quemadmodum deglutiamus, sed quemadmodum non deglutiamus; nam quod non ex solo eo, qui superne incipit, impulsu, plane ex hoc patet: an tamen ventre trahente, an gula ea ducente, id certe adhuc non patet. Verum nos

Ed. Chart. V. [65.] Ed. Baf. I. (113.)

πάντας τοὺς λογισμοὺς εἰπόντες, τούς τ' ἐκ τῆς κατασκευῆς τῶν ὀργάνων ὁρμωμένους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων συμπτωμάτων, τῶν τε πρὸ τοῦ γυμνωθῆναι τον στόμαχον, καὶ γυμνωθέντος, ὡς ὀλίγῳ πρόσθεν ἐλέγομεν, ἱκανῶς ἐνεδειξάμεθα, τοῦ μὲν ἕλκειν ἕνεκα τὸν ἐντὸς χιτῶνα, τοῦ δ' ἀπωθεῖν τὸν ἐκτὸς γεγονέναι. προὐθέμεθα μὲν ουν ἀποδεῖξαι τὴν καθεκτικὴν δύναμιν ἐν ἑκάστῳ τῶν ὀργάνων οὖσαν, ὥσπερ ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ την ἑλκτικήν τε καὶ προσέτι τὴν ἀλλοιωτικήν. ὑπὸ δε τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου τὰς τέτταρας ἀπεδείξαμεν ὑπαρχούσας τῇ γαστρὶ, τὴν ἑλκτικὴν μὲν ἐν τῷ καταπίνειν, τὴν καθεκτικὴν δὲ ἐν τῷ πέττειν, τὴν ἀπωστικὴν δ' ἐν τοῖς ἐμέτοις καὶ ταῖς τῶν πεπεμμένων σιτίων εἰς τὸ λεπτὸν ἔντερον ὑποχωρήσεσιν, αὐτὴν δὲ τὴν πέψιν ἀλλοίωσιν ὑπάρχειν.

Κεφ. θ'. Οὐκ οὖν ἔτ' ἀπορήσαιμεν ἂν, οὐδὲ περὶ τοῦ σπληνὸς, εἰ ἕλκει μὲν τὸ οἰκεῖον, ἀποκρίνει δε τὸ ἀλλότριον, ἀλλοιοῖ δὲ καὶ κατέχει, ὅσον ἂν ἐπισπάσασθαι πεφύκῃ, οὔτε περὶ ἥπατος, ἢ φλεβὸς, ἢ ἀρτηρίας, ἢ καρδίας, ἢ τῶν

ductis omnibus rationibus, et quae ex inftrumentorum compofitione fuppeditantur, et quae ex aliis fymptomatis, quaeque ante nudatam gulam, quaeque poft apparere paulo ante diximus, abunde indicavimus, trahendi gratia tunicam internam, trudendi externam effe conditam. Ac propofitum nobis erat demonftrare, in fingulis inftrumentis retentricem ineffe vim, ficuti in fuperiore libro attractricem, atque etiam alteratricem; ipfa vero fermonis confecutione ducti, quatuor effe in ventre facultates indicavimus: in deglutiendo attractricem; in concoquendo retentricem; in vomitione, concoctione et ciborum in tenue inteftinum defcenfu expultricem; ipfam vero concoctionem alterationem effe.

Cap. IX. Non eft ergo, quod de fplene etiam dubitemus, an is, quod fibi convenit, attrahat; quod alienum eft, fecernat; quod attrahere per naturam poteft, id alteret ac retineat; fed nec de jecinore, vel vena,

ἄλλων τινός. ἀναγκαῖαι γὰρ ἐδείχθησαν αἱ τέτταρες αὗται δυνάμεις ἅπαντι μορίῳ τῷ μέλλοντι θρέψεσθαι, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὰς ὑπηρέτιδας εἶναι θρέψεως ἔφαμεν. ὡς γὰρ τὸ τῶν ἀνθρώπων ἀποπάτημα τοῖς κυσὶν ἥδιστον, οὕτω καὶ τὰ τοῦ ἥπατος περιττώματα, τὸ μὲν τῷ σπληνὶ, τὸ δὲ τῇ χοληδόχῳ κύστει, τὸ δὲ τοῖς νεφροῖς οἰκεῖον.

Κεφ. ι'. Καὶ λέγειν ἔτι περὶ τῆς τούτων γενέσεως οὐκ ἂν ἐθέλοιμι μεθ' Ἱπποκράτην, καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ Διοκλέα, καὶ Πραξαγόραν, καὶ Φιλότιμον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ περὶ τῶν δυνάμεων εἶπον ἄν, εἴ τις τῶν ἔμπροσθεν ἀκριβῶς ἐξειργάσατο τὸν περὶ αὐτῶν λόγον. ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν παλαιοὶ καλῶς ὑπὲρ αὐτῶν ἀποφηνάμενοι πολλὰ παρέλιπον ἀγωνίσασθαι τῷ λόγῳ, μηδ' ὑπονοήσαντες ἔσεσθαί τινας εἰς τοσοῦτον ἀναισχύντους σοφιστὰς, ὡς ἀντιλέγειν ἐπιχειρῆσαι τοῖς ἐναργέσιν, οἱ νεώτεροι δὲ, [66] τὸ μέν τι νικηθέντες ὑπὸ τῶν σοφισμάτων ἐπείσθησαν αὐτοῖς, τὸ δέ τι καὶ ἀντιλέγειν ἐπιχειρήσαντες ἀποδεῖν μοι πολὺ τῆς τῶν παλαιῶν ἔδοξαν δυνάμεως,

vel arteria, vel corde, vel caeterorum ullo; quum quatuor has facultates omni parti, quae nutriri debeat, demonstratum sit necessarias esse: ideoque eas ministras esse nutritionis diximus. Tanquam enim stercus hominum est canibus suavissimum, ita jecinoris excrementorum aliud lieni, aliud bilis vesicae, aliud renibus est jucundum.

Cap. X. Dicereque de eorum generatione post Hippocratem, Platonem, Aristotelem, Dioclem, Praxagoram et Philotimum etiam nolim; neque enim de facultatibus ipsis dicerem, si quis priorum exacte de his disseruisset. Sed quoniam veteres quidem, quum de iis multa commode disseruissent, omiserunt plura ratione confutare, ne quidem suspicati, ullos fore adeo impudentes sophistas, qui rebus evidentibus contradicere conarentur; juniores vero partim sophismatis, quibus victi erant, fidem adhibuerunt, partim etiam sophismata refellere conati longe mihi abesse a veterum viribus sunt

δια τοῦθ᾽ ὡς ἂν ἐκείνων αὐτῶν εἴπερ ἔτι ἦν τις ἀγωνίσασθαί μοι δοκεῖ πρὸς τοὺς ἀνατρέποντας τῆς τέχνης τὰ κάλλιστα, καὶ αὐτὸς οὕτως ἐπειράθην συνθεῖναι τοὺς λόγους. ὅτι δ᾽ οὐδὲν ἢ παντάπασι σμικρὸν ἀνύσω τι, καὶ τοῦτο οὐκ ἀγνοῶ. πάμπολλα γὰρ εὑρίσκω τελέως μὲν ἀποδεδειγμένα τοῖς παλαιοῖς, οὔτε δὲ συνετὰ τοῖς πολλοῖς τῶν νῦν δι᾽ ἀμαθίαν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπιχειρούμενα γιγνώσκεσθαι διὰ ῥαθυμίαν, οὔτ᾽, εἰ καὶ γνωσθείη τινὶ, δικαίως ἐξεταζόμενα. χρὴ γὰρ τὸν μέλλοντα γνώσεσθαί τι τῶν πολλῶν ἄμεινον εὐθὺς μὲν καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ πρώτῃ διδασκαλίᾳ πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκεῖν· ἐπειδὰν δὲ γένηται μειράκιον, ἀληθείας τινὸς ἔχειν ἐρωτικὴν μανίαν, ὥσπερ ἐνθουσιῶντα, καὶ μήθ᾽ ἡμέρας μήτε νυκτὸς διαλείπειν, σπεύδοντά τε καὶ συντεταμένον ἐκμαθεῖν, ὅσα τοῖς ἐνδοξοτάτοις εἴρηται τῶν παλαιῶν· ἐπειδὰν δ᾽ ἐκμάθῃ, κρίνειν αὐτὰ καὶ βασανίζειν χρόνῳ παμπόλλῳ, καὶ σκοπεῖν, πόσα μὲν ὁμολογεῖ τοῖς ἐναργῶς φαινομένοις, πόσα δὲ διαφέρεται,

visi: idcirco, tanquam, si quis illorum superesset, is mihi contra eos, qui artis pulcherrima subvertunt, disputaturus videretur, ipse quoque sic libros conscribere sum conatus. Quod autem aut nihil, aut si quid effecero, omnino exiguum id erit, haud ignoro. Multa namque invenio ab antiquis ad unguem demonstrata, quae tamen hodie a plerisque nec propter ignorantiam intellecta sunt, nec propter socordiam intelligi tentata: adde quod nec si cui sunt cognita, ab hoc etiam juste sunt examinata. Quisquis enim nosse quid supra vulgus debebit, statim non natura modo, verum etiam primis doctrinarum rudimentis multum caeteris praestet oportet: idem, ubi jam adoleverit, veritatis insano quodam teneatur amore, veluti afflatus: tum sine ulla diei noctisve intermissione properare ac contendere ea, quae a clarissimis veterum tradita sunt, discere, eademque, ubi didicerit, judicare, multoque tempore explorare ac considerare, quae rebus sensui patentibus consentiant, quaeque

καὶ οὕτως τὰ μὲν αἱρεῖσθαι, τὰ δ' ἀποστρέφεσθαι. τῷ μὲν δὴ τοιούτῳ πάνυ σφόδρα χρησίμους τοὺς ἡμετέρους ἤλπικα λόγους ἔσεσθαι· εἶεν δ' ἂν ὀλίγοι παντάπασιν οὗτοι· τοῖς δ' ἄλλοις οὕτω γενήσεσθαι τὸ γράμμα περιττὸν, ὡς εἰ καὶ μῦθον ὄνῳ τις λέγοι.

Κεφ. ια'. Συμπεραντέον οὖν ἡμῖν τὸν λόγον ἕνεκα τῶν τῆς ἀληθείας ἐφιεμένων, ὅσα δὲ λείπει κατ' αὐτὸν, ἐπιπροσθήσειν. ὡς ἡ γαστὴρ ἕλκει μὲν ἐναργῶς καὶ μετασπᾷ τὰ σιτία τοῖς σφόδρα πεινώδεσι, πρὶν ἀκριβῶς ἐν τῷ στόματι λειωθῆναι, δυσχεραίνει δὲ καὶ ἀπωθεῖται τοῖς ἀποσίτοις τε καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίουσιν, οὕτω καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων ἕκαστον ἀμφοτέρας ἔχει τὰς δυνάμεις, τήν τε τῶν οἰκείων ἑλκτικὴν καὶ τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτικήν. καὶ διὰ τοῦτο, κἂν ἐξ ἑνὸς ᾖ χιτῶνος ὄργανόν τι συνεστὸς, ὥσπερ καὶ αἱ κύστεις ἀμφότεραι, καὶ αἱ μῆτραι, καὶ αἱ φλέβες, ἀμφοτέρων τῶν ἰνῶν ἔχει τὰ γένη, τῶν εὐθειῶν τε καὶ τῶν ἐγκαρσίων. καὶ μέν γε καὶ τρίτον τι

rurſus iisdem diſſentiant; ac ſic illa quidem ſuſcipere, haec reſpuere. Atque huic quidem admodum utiles fore libellos noſtros ſpero (erunt autem hujus generis omnino pauci); reliquis opus hoc perinde fore ſuperfluum, ac ſi quis aſino fabulam narret.

Cap. XI. Abſolvenda igitur nobis eorum cauſa, qui veritatis ſunt cupidi, disputatio eſt, adjicientibus ſcilicet, quae in ea deſiderantur. Attrahit namque vellitque ad ſe ventriculus cibos manifeſte iis, qui vehementer eſuriunt, antequam ſint in ore ad unguem laevigati; recuſat autem ac rejicit iis, qui cibos faſtidiunt, ac qui comeſſe ſunt coacti. Ad eundem modum caeterorum quoque inſtrumentorum ſingula ambas obtinent facultates, et qua conveniens trahunt, et qua alienum repellunt. Proinde ſi quod vel ex una tunica inſtrumentum conſtat, veluti ambae veſicae, uterus et vena, utrumque fibrarum genus obtinet, rectarum ac transverſarum. Quin tertium quoque fibrarum genus obliquarum

γένος ἐστὶν ἰνῶν λοξῶν, ἔλαττον πολὺ τῷ πλήθει τῶν προειρημένων δύο γενῶν. εὑρίσκεται δ' ἐν μὲν τοῖς ἐκ δυοῖν χιτώνων συνεστηκόσιν ὀργάνοις ἐν θατέρῳ μόνῳ ταῖς εὐθείαις ἰσὶν ἀναμεμιγμένον, ἐν δὲ τοῖς ἐξ ἑνὸς ἅμα τοῖς ἄλλοις δύο γένεσιν. συνεπιλαμβάνουσι δ' αὗται μέγιστον τῇ τῆς καθεκτικῆς ὀνομασθείσης δυνάμεως ἐνεργείᾳ. δεῖται γὰρ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πανταχόθεν ἐσφίχθαι καὶ περιτετάσθαι τοῖς ἐνυπάρχουσι τὸ μόριον· ἡ μὲν γαστὴρ ἐν τῷ τῆς πέψεως, αἱ μῆτραι δὲ ἐν τῷ τῆς κυήσεως χρόνῳ παντί. ταῦτ' ἄρα καὶ ὁ τῆς φλεβὸς χιτὼν, εἷς ὢν, ἐκ πολυειδῶν ἰνῶν ἐγένετο, καὶ τῶν τῆς ἀρτηρίας ὁ μὲν ἔξωθεν ἐκ τῶν στρογγύλων, ὁ δ' ἔσωθεν ἐκ μὲν τῶν εὐθειῶν πλείστων, ὀλίγων δέ τινων σὺν αὐταῖς καὶ τῶν λοξῶν, ὥστε τὰς μὲν φλέβας ταῖς μήτραις καὶ ταῖς κύστεσιν ἐοικέναι κατά γε τὴν τῶν ἰνῶν θέσιν, εἰ καὶ τῷ πάχει λείπονται, τὰς δ' ἀρτηρίας τῇ γαστρί. μόνα δὲ πάντων ὀργάνων ἐκ δυοῖν ἅμα καὶ ἀμφοτέρων ἐγκαρσίας ἐχόντων τὰς ἶνας ἐγένετο τὰ ἔντερα. [67] τὸ δ', ὅτι βέλτιον ἦν

est, minus omnino, quam duo praedicta genera, numerosum; invenitur autem id in iis instrumentis, quae ex duabus tunicis construuntur, in altera sola rectis scilicet ipsis fibris immixtum, in iis autem, quae ex singulari constant tunica, una cum aliis duobus generibus. Sane hae maxime auxilium praestant retentricis facultatis actioni; postulat enim in hoc opere pars supra ea, quae continet, stringi, ac circum ea tendi; ventriculus quidem toto concoquendi cibi, uterus toto gestandi foetus tempore. Venae quoque tunica quum unica sit, ex multifariis fibris est condita. Jam ex arteriae tunicis ea, quae externa est, ex circularibus, quae interna est, ex rectis plurimis, paucis autem cum his obliquis est conflata. Ita venae, quod ad fibrarum situm pertinet, uteris ac vesicis, quanquam crassitudine careant, sunt similes; arteriae vero ventri. Sola autem instrumentorum omnium ex duabus tunicis, atque harum utraque ex transversis constante fibris, facta sunt intestina. Porro cau-

τῶν ἄλλων ἑκάστῳ τοιοῦτον τὴν φύσιν ὑπάρχειν, οἷόν περ καὶ νῦν ἐστι, τοῖς δ' ἐντέροις ἐκ δυοῖν ὁμοίων χιτώνων συγκεῖσθαι, τῆς περὶ χρείας μορίων πραγματείας ἐστίν. οὔκουν νῦν χρὴ ποθεῖν ἀκούειν ὑπὲρ τῶν τοιούτων, ὥσπερ οὐδὲ διὰ τί περὶ τοῦ πλήθους τῶν χιτώνων ἑκάστου τῶν ὀργάνων διαπεφώνηται τοῖς ἀνατομικοῖς ἀνδράσιν. ὑπὲρ μὲν γὰρ τούτων αὐτάρκως ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀνατομικῆς διαφωνίας εἴρηται. περὶ δὲ τοῦ, διότι τοιοῦ(114)τον ἕκαστον ἐγένετο τῶν ὀργάνων, ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων εἰρήσεται.

Κεφ. ιβ'. Νυνὶ δὲ οὐδέτερον τούτων πρόκειται λέγειν, ἀλλὰ τὰς φυσικὰς δυνάμεις μόνας ἀποδεικνύειν, ἐν ἑκάστῳ τῶν ὀργάνων τέτταρας ὑπαρχούσας. ἐπὶ τοῦτ' οὖν πάλιν ἐπανελθόντες, ἀναμνήσωμεν τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, ἐπιθῶμέν τε κεφαλὴν ἤδη τῷ λόγῳ παντί, τὸ λεῖπον ἔτι προσθέντες. ἐπειδὴ γὰρ ἕκαστον τῶν ἐν τῷ ζώῳ μορίων ἕλκειν εἰς ἑαυτὸ τὸν οἰκεῖον χυμὸν ἀποδέδεικται, καὶ πρώτη σχεδὸν αὕτη τῶν φυσικῶν ἐστι δυνάμεων, ἐφεξῆς

ſam reddere, cur melius ſit reliquorum cuique talem ineſſe naturam, qualis nunc ineſt, inteſtinis autem ex duabus hisque ſimilibus tunicis confici, id utique ad ſpeculationem de uſu partium ſpectat. Quo minus exſpectandum aliquid de talibus hic eſt; veluti nec propter quid de tunicarum numero cujusque inſtrumenti inter anatomicos parum conveniat; de his enim abunde in iis, quae de anatomicorum diſſidio prodidimus, eſt dictum. Cur autem inſtrumentum quodque tale ſit factum, in libris de uſu partium dicetur.

Cap. XII. Hic neutrum horum ſtatutum eſt exequi, ſed tantum naturales facultates quatuor eſſe in ſingulis organis docere. Huc igitur denuo reverſi, quae prius dicta ſunt, repetamus, atque eo, quod reliquum adhuc eſt, adjecto ſummam jam toti disputationi imponamus. Quum enim ſingulas animalis partes, qui conveniens ſibi ſuccus ſit, hunc in ſe trahere ſit demonſtratum, ac primam ferme naturalium facultatum hanc eſſe, illud deinceps ſcire

ἐκείνῳ γνωστέον, ὡς οὐ πρότερον ἀποτρίβεται την ἑλχθεῖσαν, ἤτοι σύμπασαν, ἢ καί τι περίττωμα αὐτῆς, πρὶν ἂν εἰς ἐναντίαν μεταπέσῃ διάθεσιν ἢ αὐτὸ τὸ ὄργανον, ἢ καὶ τῶν περιεχομένων ἐν αὐτῷ τὰ πλεῖστα. ἡ μὲν οὖν γαστὴρ, ἐπειδὰν μὲν ἱκανῶς ἐμπλησθῇ τῶν σιτίων; καὶ τὸν χρηστότατον αὐτῶν εἰς τοὺς ἑαυτῆς χιτῶνας ἐναπόθηται βδάλλουσα, τηνικαῦτ᾽ ἤδη τὸ λοιπὸν ἀποτρίβεται, καθάπερ ἄχθος ἀλλότριον· αἱ κύστεις δὲ, ἐπειδὰν ἕκαστον τῶν ἑλχθέντων, ἢ τῷ πλήθει διατεῖνον, ἢ τῇ ποιότητι δάκνον, ἀνιαρὸν γένηται· τῷ δ᾽ αὐτῷ τρόπῳ καὶ αἱ μῆτραι· ἤτοι γὰρ, ἐπειδὰν μηκέτι φέρωσι διατεινόμεναι, τὸ λυποῦν ἀποθέσθαι σπεύδουσιν, ἢ τῇ ποιότητι δακνόμεναι τῶν ἐκχυθέντων εἰς αὐτὰς ὑγρῶν. ἑκάτερον δὲ τῶν εἰρημένων γίγνεται μὲν καὶ βιαίως ἐστὶν ὅτε, καὶ ἀμβλώσκουσι τηνικαῦτα· γίγνεται δ᾽ ὡς τὰ πολλὰ καὶ προσηκόντως, ὅπερ οὐκ ἀμβλίσκειν, ἀλλ᾽ ἀποκυΐσκειν τε καὶ τίκτειν ὀνομάζεται. τοῖς μὲν οὖν ἀμβλωθριδίοις φαρμάκοις, ἢ τισιν ἄλλοις παθήμασι διαφθεί-

convenit, partem non prius eam quam attraxit materiam, vel ipſam totam, vel aliquod ejus excrementum abjicere, quam vel ipſa, vel eorum, quae in ſe continet, pars maxima in contrarium transierit affectum. Ac venter quidem, poſtquam abunde cibis eſt ſatiatus, et, quod utiliſſimum ſibi in iis eſt, in tunicas ſuas ſugendo repoſuit, tum, quod reliquum eſt, tanquam alienum onus abjicit. Idem et veſicae faciunt, ubi quodvis eorum, quae attraxerint, vel multitudine diſtendens, vel qualitate mordens, redditur moleſtum. Pari modo et uteri: hi namque, ubi vel diſtendi amplius non ferunt, vel etiam qualitate humoris in ſe effuſi morderi, quod offendit, abjicere properant. Porro praedictorum utrumque aliquando non naturae ſponte, ſed violenter incidit, quo caſu abortus provocatur. Fit autem plerumque et ex naturae commodo; quod genus non abortus, ſed partus nominatur. Ac medicamenta quidem, quae vel abortum provocant, vel alio quopiam affectu foetum perimunt,

Ed. Chart. V. [67.] Ed. Baf. I. (114.)

ρουσι τὸ ἔμβρυον, ἤ τινας τῶν ὑμένων αὐτοῦ ῥηγνύουσιν, αἱ ἀμβλώσεις ἕπονται· οὕτω δὲ κἀπειδὰν ἀνεθῶσί ποθ᾽ αἱ μῆτραι, κακῶς ἔχουσαι τῇ διατάσει· ταῖς δὲ τῶν ἐμβρύων αὐτῶν κινήσεσι ταῖς σφοδροτάταις οἱ τόκοι, καθάπερ καὶ τοῦθ᾽ ὑφ᾽ Ἱπποκράτους καλῶς εἴρηται. κοινὸν δ᾽ ἁπασῶν τῶν διαθέσεων ἡ ἀνία, καὶ ταύτης αὐτῆς αἴτιον τριττόν, ἢ ὄγκος περιττὸς, ἤ τι βάρος, ἢ δῆξις· ὄγκος μὲν, ἐπειδὰν μηκέτι φέρωσι διατεινόμεναι, βάρος δ᾽, ἐπειδὰν ὑπὲρ τὴν ῥώμην αὐτῶν ᾖ τὸ περιεχόμενον, δῆξις δὲ, ἐπειδὰν ἤτοι τὰ πρότερον ἐν τοῖς ὑμέσιν ὑγρὰ στεγόμενα, ῥαγέντων αὐτῶν, εἰς αὐτὰς ἐκχυθῇ τὰς μήτρας, ἢ καὶ σύμπαν ἀποφθαρὲν τὸ κύημα, σηπόμενόν τε καὶ διαλυόμενον εἰς μοχθηροὺς ἰχῶρας, οὕτως ἐρεθίζῃ καὶ δάκνῃ τὸν χιτῶνα τῶν ὑστερῶν. ἀνάλογον οὖν ἐν ἅπασι τοῖς ὀργάνοις ἕκαστα τῶν τ᾽ ἔργων αὐτῶν τῶν φυσικῶν, καὶ μέντοι τῶν παθημάτων τε καὶ νοσημάτων φαίνεται γιγνόμενα, τὰ μὲν ἐναργῶς καὶ σαφῶς οὕτως, ὡς ἀποδείξεως δεῖσθαι μηδὲν, τὰ δ᾽ ἧττον μὲν ἐναργῶς, οὐ μὴν ἄγνωστά γε παντάπασι τοῖς

vel aliquas membranarum ejus corrumpunt, ea nimirum sequuntur abortus; iidem incidunt, et quum uterus ex distensione male est affectus. Ipsius vero foetus vehementissimis motibus succedunt partus, veluti ab Hippocrate recte est dictum. Communis autem omnibus his affectibus ipsa est offensio; atque hujus ipsius triplex est causa, aut moles nimia, aut pondus aliquod, aut morsus: moles, ubi amplius distendi uterus non fert; pondus, quum supra vires ejus sit, quod continet; morsus, ubi vel humores, qui prius in membranis continebantur, his ruptis, in ipsum uterum sunt effusi, vel etiam totus partus corruptus et putris ac in noxiam saniem dissolutus uteri tunicam sic irritat ac mordet. Ergo in omnibus instrumentis tum opera naturalia, tum etiam affectiones morbique singuli proportione quadam fieri videntur; quaedam adeo evidenter et clare, ut nullam demonstrationem eorum ullum desideret; quaedam magis obscure,

Ed. Chart. V. [67. 68.] Ed. Baf. I. (114.)

θέλουσι προσέχειν τὸν νοῦν. [68] ἐπὶ μὲν οὖν τῆς γαστρὸς αἵ τε δήξεις ἐναργεῖς, διότι πλείστης αἰσθήσεως μετέχει, τά τ᾽ ἄλλα παθήματα, τά τε ναυτίαν ἐμποιοῦντα καὶ οἱ καλούμενοι καρδιωγμοὶ, σαφῶς ἐνδείκνυνται τὴν ἀποκριτικήν τε καὶ ἀπωστικὴν τῶν ἀλλοτρίων δύναμιν. οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν ὑστερῶν τε καὶ τῆς κύστεως τῆς τὸ οὖρον ὑποδεχομένης. ἐναργῶς γὰρ καὶ αὕτη φαίνεται μέχρι τοσούτου τὸ ὑγρὸν ὑποδεχομένη τε καὶ ἀθροίζουσα, ἄχρις ἂν ἤτοι πρὸς τοῦ πλήθους αὐτοῦ διατεινομένη μηκέτι φέρῃ τὴν ἀνίαν, ἢ πρὸς τῆς ποιότητος δακνομένη. χρονίζον γὰρ ἕκαστον τῶν περιττωμάτων ἐν τῷ σώματι σήπεται δηλονότι, τὸ μὲν ἐλάττονι, τὸ δὲ πλείονι χρόνῳ, καὶ οὕτω δακνῶδές τε καὶ δριμὺ καὶ ἀνιαρὸν τοῖς περιέχουσι γίγνεται. οὐ μὴν ἐπί γε τῆς ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστεως ὁμοίως ἔχει· ᾧ δῆλον, ὅτι νεύρων ἥκιστα μετέχει. χρὴ δὲ κἀνταῦθα τόν γε φυσικὸν ἄνδρα τὸ ἀνάλογον ἐξευρίσκειν. εἰ γὰρ ἕλκειν τε τὸν οἰκεῖον ἀπεδείχθη χυμὸν, ὡς φαίνεσθαι πολλάκις μεστὴν, ἀποκρί-

fed ita tamen, ut eos, qui attenti funt, latere non posfint. Atque in ventre quidem non folum morfus, qui propter ejus plurimum fenfum eft manifeftus, fed etiam alii affectus, tum qui naufeam in eo excitant, tum qui cordis morfus vocantur, manifefte fecretricem expultricemque alienorum vim indicant. Ad eundem modum in utero et ea, quae lotium recipit, vefica: quippe haec quoque humorem excipere ac colligere hactenus cernitur, quoad vel multitudine ipfa diftenta, vel qualitate demorfa nequeat amplius pati. Siquidem excrementa fingula, fi moram in corpore diutius trahant, putrefcunt alia fpatio breviore, alia longiore; itaque mordacia et acria atque iis, qui ea continent, infefta redduntur. At non in ea vefica, quae jecinori fubeft, fimiliter fe habet, ut quae nervorum minimum habet. Debet tamen hic quoque naturae contemplator proportionem invenire. Si enim demonftratum eft, convenientem eam fuccum attrahere ita, ut faepe cernatur plena, eundemque hunc

νειν τε τὸν αὐτὸν τοῦτον οὐκ εἰς μακρὰν, ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτὴν, ἢ διὰ τὸ πλῆθος βαρυνομένην, ἢ τῆς ποιότητος μεταβαλλούσης ἐπὶ τὸ δακνῶδές τε καὶ δριμὺ, τῆς ἀποκρίσεως ἐφίεσθαι. οὐ γὰρ δὴ τὰ μὲν σιτία τὴν ἀρχαίαν ὑπαλλάττει ποιότητα ταχέως οὕτως, ὥστ᾽, ἐπειδὰν ἐμπέσῃ τοῖς λεπτοῖς ἐντέροις, εὐθὺς εἶναι κόπρον, ἡ χολὴ δ᾽ οὐ πολλῷ μᾶλλον, ἢ τὸ οὖρον, ἐπειδὰν ἅπαξ ἐκπέσῃ τῶν φλεβῶν, ἐξαλλάττει τὴν ποιότητα, τάχιστα μεταβάλλοντα καὶ σηπόμενα. καὶ μὴν εἴ περ ἐπί τε τῶν κατὰ τὰς ὑστέρας καὶ τὴν κοιλίαν καὶ τὰ ἔντερα καὶ προσέτι τὴν τὸ οὖρον ὑποδεχομένην κύστιν ἐναργῶς φαίνεται διάτασίς τις, ἢ δῆξις, ἢ ἄχθος ἐπεγεῖρον ἕκαστον τῶν ὀργάνων εἰς ἀπόκρισιν, οὐδὲν χαλεπὸν κἀπὶ τῆς χοληδόχου κύστεως ταὐτὸ τοῦτο ἐννοεῖν, ἐπί τε τῶν ἄλλων ἁπάντων ὀργάνων, ἐξ ὧν δηλονότι καὶ αἱ ἀρτηρίαι καὶ αἱ φλέβες εἰσίν.

Κεφ. ιγ΄. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ διὰ τοῦ αὐτοῦ πόρου τὴν ὁλκὴν γίνεσθαι καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἐν διαφόροις τοῖς

ſuccum non multo interpoſito ſpatio excernere, neceſſe eſt eam, vel multitudine ſucci preſſam, vel ex qualitate ejus in mordacem acremque mutata offenſam, expulſionem deſiderare. Non enim profecto cibi ipſi adeo celeriter priorem qualitatem deponunt, ut protinus, quum in tenuia inteſtina deſcenderint, ſtercus fiant; bilis autem non multo magis, vel lotium, poſtquam a venis ſemel exciderint, qualitatem mutant, celerrime immutata et putrefacta. Atqui ſi tum in iis, quae in utero ſunt, tum ventriculo, tum inteſtinis, ſuperque in veſica ea, quae lotium recipit, luculenter apparet vel tenſio quaepiam eſſe, vel morſus, vel pondus, quod ſingula inſtrumenta ad expulſionem proritet, non magno negotio id in bilis quoque veſica intelligas, aeque ſcilicet ut in reliquis inſtrumentis omnibus, quorum e numero tam arteriae quam venae ſunt.

Cap. XIII. Jam nec illud difficile compertu eſt, et attractionem et expulſionem diverſis in temporibus

χρόνοις οὐδὲν ἔτι χαλεπὸν ἐξευρεῖν, εἴ γε καὶ τῆς γαστρὸς ὁ στόμαχος, οὐ μόνον ἐδέσματα καὶ πόματα παράγων εἰς αὐτην, ἀλλὰ κἂν ταῖς ναυτίαις τὴν ἐναντίαν ὑπηρεσίαν ὑπηρετῶν ἐναργῶς φαίνεται· καὶ τῆς ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστεως ὁ αὐχὴν εἷς ὢν ἅμα μὲν δι' ἑαυτοῦ πληροῖ τὴν κύστιν, ἅμα δὲ καὶ ἐκκενοῖ· καὶ τῶν μητρῶν ὡσαύτως ὁ στόμαχος ὁδός ἐστιν εἴσω μὲν τοῦ σπέρματος, ἔξω δὲ τοῦ κυήματος. ἀλλὰ κἀνταῦθα πάλιν ἡ μὲν ἐκκριτικὴ δύναμις ἐναργὴς, οὐ μὴν ομοίως γε σαφὴς αὐτῇ τοῖς πολλοῖς ἡ ἑλκτική. ἀλλ' Ἱπποκράτης μὲν, ἀῤῥώστου μήτρας αἰτιώμενος αὐχένα, φησί· οὐ γὰρ δύναται αὐτέης ὁ στόμαχος εἰρύσαι τὴν γονὴν εἴσω. Ἐρασίστρατος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης εἰς τοσοῦτον ἥκουσι σοφίας, ὥστ' οὐ μόνον τὴν μήτραν καὶ τὴν κοιλίαν ἀποστεροῦσι τῆς τοιαύτης δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστιν ἅμα τοῖς νεφροῖς. καίτοι γ', ὅτι μηδ' εἰπεῖν δυνατὸν ἕτερον αἴτιον ἢ οὔρων ἢ χολῆς διακρίσεως, ἐν τῷ πρώτῳ δέδεικται λόγῳ. καὶ μήτραν οὖν καὶ γαστέρα καὶ τὴν ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστιν [69] δι' ἑνὸς καὶ ταὐτοῦ στο-

per eundem meatum fieri; fi modo orificium ventriculi non cibos tantum potionemque in ipfum ducere, fed etiam in naufeis contrario fungi minifterio cernitur. Etiam veficae, quae fub jecinore eft, collum quum unum fit, tamen per fe veficam non folum implet, fed etiam vacuat. Uteri praeterea orificium pari modo, ficut intro feminis, ita foras partus via eft; verum hic rurfus expultrix facultas evidens eft, attractrix aeque atque illa multis non liquet. Verum Hippocrates imbecilli uteri cervicem accufans ait: *Non enim poteft ejus collum femen intro trahere.* Erafiftratus vero Afclepiadesque eo fapientiae proceffere, ut non folum uterum et ventriculum ejusmodi facultate privent, fed etiam ipfam, quae fub jecinore eft, veficam atque etiam renes; quanquam, non poffe aliam vel urinae vel bilis fecernendae caufam reddi, in primo libro a nobis eft monftratum. Ergo quum et uterum et ventrem et eam, quae hepati fubeft, veficam non trahere modo, fed etiam a fe pel-

μάχου τήν θ' ὁλκὴν καὶ τὴν ἀπόκρισιν εὑρίσκοντες ποιουμένας, μηκέτι θαυμάζωμεν, εἰ καὶ διὰ τῶν φλεβῶν ἡ φύσις ἐκκρίνει πολλάκις εἰς τὴν γαστέρα περιττώματα. τούτου δ' ἔτι μᾶλλον οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ, δι' ὧν εἰς ἧπαρ ἀνεδόθη τι φλεβῶν ἐκ γαστρὸς, αὖθις εἰς αὐτὴν ἐξ ἥπατος ἐν ταῖς μακροτέραις ἀσιτίαις δύναται ἕλκεσθαι ἡ τροφή. τὸ γὰρ τοῖς τοιούτοις ἀπορεῖν, ὅμοιόν ἐστι δήπου τῷ μηκέτι πιστεύειν, μηδ' ὅτι τὰ καθαίροντα φάρμακα διὰ τῶν αὐτῶν στομάτων ἐξ ὅλου τοῦ σώματος εἰς τὴν γαστέρα τοὺς οἰκείους ἐπισπᾶται χυμοὺς, δι' ὧν ἔμπροσθεν ἡ ἀνάδοσις ἐγένετο, ἀλλ' ἕτερα μὲν ζητεῖν ἀναδόσεως, ἕτερα δὲ καθάρσεως στόματα. καὶ μὴν, εἴπερ ἓν καὶ ταὐτὸν στόμα διτταῖς ὑπηρετεῖ ταῖς δυνάμεσιν, ἐν διαφόροις χρόνοις εἰς τἀναντία τὴν ὁλκὴν ποιουμέναις, ἔμπροσθεν μὲν τῇ κατὰ τὸ ἧπαρ, ἐν δὲ τῷ τῆς καθάρσεως καιρῷ τῇ τοῦ φαρμάκου, τί θαυμαστόν ἐστι, διττὴν ὑπηρεσίαν τε καὶ χρείαν εἶναι ταῖς φλεψὶ ταῖς ἐν τῷ μέσῳ τεταγμέναις ἥπατός τε καὶ τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν, ὥσθ', ὁπότε μὲν ἐν τούτοις ἄφθονος εἴη περιεχομένη τροφὴ, διὰ τῶν εἰρημένων εἰς

lere per unum idemque orificium videamus, mirari non debemus, si etiam per venas in ventrem natura nonnunquam excrementa expellit. Illud vero multo etiamnum minus est mirandum, si, per quas venas a ventre in jecur facta est distributio, rursus ex jecinore in ipsum trahi aliquod alimentum in longiore inedia potest. Quippe ejusmodi effectis fidem abrogare simile profecto est ac si quis purgantia medicamenta, per quae ora facta prius est distributio, per eadem neget ex toto corpore in ventrem proprios succos trahere; sed alia distributionis, alia purgationis requirat ora. Atqui, si unum idemque os duabus, quae in contrarias partes diversis temporibus trahant, potentiis subservit; prius quidem ei, quae hepatis, purgandi vero tempore ei, quae est medicamenti; quid miri est, in his venis, quae medium spatium inter jecur et partes circa ventrem occupant, duplex esse ministerium atque usum, ita ut, cum in his copia fuerit alimenti, per jam dictas venas

ἧπαρ ἀναφέρεσθαι φλεβῶν, ὁπότε δ' εἴη κενὰ (115) καὶ δεόμενα τρέφεσθαι, διὰ τῶν αὐτῶν αὖθις ἐξ ἥπατος ἕλκεσθαι; πᾶν γὰρ ἐκ παντὸς ἕλκειν φαίνεται, καὶ παντὶ μεταδιδόναι, καὶ μίαν πάντων εἶναι σύῤῥοιαν καὶ σύμπνοιαν, καθάπερ καὶ τοῦθ' ὁ θαυμασιώτατος Ἱπποκράτης εἶπεν· ἕλκει μὲν οὖν τὸ ἰσχυρότερον, ἐκκενοῦται δὲ τὸ ἀσθενέστερον. ἰσχυρότερον δὲ καὶ ἀσθενέστερον ἕτερον ἑτέρου μόριον ἢ ἁπλῶς καὶ φύσει καὶ κοινῇ πᾶσίν ἐστιν, ἢ ἰδίως τῷδέ τινι γίγνεται. φύσει μὲν καὶ κοινῇ πᾶσιν ἀνθρώποις τε ἅμα καὶ ζώοις ἡ μὲν καρδία τοῦ ἥπατος, τὸ δ' ἧπαρ ἐντέρων τε καὶ γαστρὸς, αἱ δ' ἀρτηρίαι τῶν φλεβῶν, ἑλκύσαι τε τὸ χρήσιμον ἑαυταῖς, ἀποκρῖναί τε τὸ μὴ τοιοῦτον ἰσχυρότεραι. καὶ καθ' ἕκαστον δ' ἡμῶν ἰδίως ἐν μὲν τῷδε τῷ καιρῷ τὸ ἧπαρ ἰσχυρότερον ἕλκειν, ἐν δὲ τῷδε ἡ γαστήρ. πολλῆς μὲν γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ περιεχομένης τροφῆς, καὶ σφοδρῶς ὀρεγομένου τε καὶ χρῄζοντος τοῦ ἥπατος, πάντως ἰσχυρότερον ἕλκει τὸ σπλάγχνον. ἔμπαλιν δὲ, τοῦ μὲν ἐμπεπλησμένου τε καὶ δια-

ſurſum feratur in jecur, cum autem vacua ſunt nutririque avent, per easdem ipſas ex hepate rurſus trahatur? Siquidem totum ex toto trahere ac toti impertire, unaque omnium confluxio ac conſpiratio eſſe videtur; quemadmodum admirabilis Hippocrates dixit: *Ac trahit quidem id, quod eſt valentius; vacuatur autem id, quod eſt imbecillius.* Porro valentior imbecilliorque una quam altera pars eſt, vel abſoluto ſermone, naturaque et communiter in omnibus, vel privatim huic cuipiam talis efficitur. Et natura quidem omnibusque tum hominibus tum animalibus communiter cor, quam jecur, et jecur, quam inteſtina et venter, item arteriae, quam venae, tum, quod utile eſt, ad ſe trahere, tum, quod diverſum ab hoc eſt, a ſe pellere magis valent. Et privatim in unoquoque noſtrum alio tempore jecur valentius trahere poteſt, alio ventriculus. Quippe, ubi in ventriculo copia alimenti eſt, ac jecur vehementer appetit deſideratque, omnino id valentius trahit; invicemque jecinore referto

τεταμένου, τῆς γαστρὸς δ' ὀρεγομένης τε καὶ κενῆς ὑπαρχούσης, ἡ τῆς ὁλκῆς ἰσχὺς εἰς ἐκείνην μεθίσταται· ὥσπερ, εἰ κἂν ταῖς χερσί τινα σιτία κατέχοντες ἀλλήλων ἁρπάζοιμεν, εἰ μὲν ὁμοίως εἴημεν δεόμενοι, περιγίνεσθαι τὸν ἰσχυρότερον εἰκός· εἰ δ' οὗτος μὲν ἐμπεπλησμένος εἴη, καὶ διὰ τοῦτο ἀμελῶς κατέχων τὰ περιττὰ, ἢ καί τινι μεταδοῦναι ποθῶν, ὁ δ' ἀσθενέστερος ὀρέγοιτο δεινῶς, οὐδὲν ἂν εἴη κώλυμα τοῦ μὴ πάντα λαβεῖν αὐτόν. οὕτω καὶ ἡ γαστὴρ ἐκ τοῦ ἥπατος ἐπισπᾶται ῥᾳδίως, ὅταν αὐτὴ μὲν ἱκανῶς ὀρέγοιτο τροφῆς, ἐμπεπλησμένον δ' εἴη τὸ σπλάγχνον. καὶ τοῦ γε μὴ πεινῆν ἐνίοτε τὸ ζῶον ἡ περιουσία τῆς ἐν τῷ ἥπατι τροφῆς αἰτία. κρείττονα γὰρ ἔχουσα καὶ ἑτοιμοτέραν τροφὴν ἡ γαστὴρ οὐδὲν δεῖται τῆς ἔξωθεν. εἰ δέ γέ ποτε δέοιτο μὲν, ἀποροίη δὲ, πληροῦται περιττωμάτων. ἰχῶρες δέ τινές εἰσι ταῦτα, χολώδεις τε καὶ φλεγματώδεις καὶ ὀῤῥώδεις, οὓς μόνους ἑλκούσῃ μεθίησιν αὐτῇ τὸ ἧπαρ, ὅταν ποτὲ καὶ αὐτὸ δέηται τροφῆς. ὥσπερ οὖν ἐξ ἀλλήλων ἕλκει τὰ μόρια

ac diſtento, ventre vero appetente ac vacuo, valentior trahendi vis in hunc transfertur. Tanquam enim, ſi manibus cibos aliquos tenentes alter ab altero eos raperemus, ſi pari quidem modo his egeremus, ſuperare valentiorem par eſſet; ſi autem eſſet hic expletus ac propterea negligenter, quae ſupervacua eſſent, teneret, aut etiam alicui impertire ſtuderet, imbecillior autem vehementer appeteret, nihil obſtaret, quominus ipſe cuncta caperet; itidem venter ex jecinore facile attrahit, quum hic quidem vehementer nutriri appetit, illud nutrimento eſt plenum. Eſtque nonnunquam, quominus animal eſuriat, cauſa nutrimenti in jecinore abundantia; quippe venter, ſi melius paratiusque nutrimentum habet, externum non poſtulat; ſin aliquando poſtulat, nec ejus copia eſt, excrementis impletur; ea ſunt ſanies quaedam bilioſa, pituitoſa atque ſeroſa, quam ſolam trahenti illi, cum ſcilicet nutrimento indiget, jecur remittit. Ergo ſicuti inter ſe partes altera ab altera nutrimentum trahunt,

τροφὴν, οὕτω καὶ ἀποτίθεταί ποτ᾽ εἰς ἄλληλα τὸ περιττόν· καὶ [70] ὥσπερ ἑλκόντων ἐπλεονέκτει τὸ ἰσχυρότερον, οὕτω καὶ ἀποτιθεμένων καὶ τῶν γε καλουμένων ῥευμάτων ἥδε ἡ πρόφασις. ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων ἔχει τινὰ τόνον σύμφυτον, ᾧ διωθεῖται τὸ περιττόν. ὅταν οὖν ἓν ἐξ αὐτῶν ἀῤῥωστότερον γένηται κατά τινα διάθεσιν, ἐξ ἁπάντων εἰς ἐκεῖνο συῤῥεῖν ἀνάγκη τὰ περιττά. τὸ μὲν γὰρ ἰσχυρότατον ἐναποτίθεται τοῖς πλησίον ἅπασιν, ἐκείνων δ᾽ αὖ πάλιν ἕκαστον εἰς ἕτερ᾽ ἄττα τῶν ἀσθενεστέρων, εἶτ᾽ αὖθις ἐκείνων ἕκαστον εἰς ἄλλα. καὶ τοῦτ᾽ ἐπὶ πλεῖστον γίνεται, μέχρι περ ἂν ἐξ ἁπάντων ἐλαυνόμενον τὸ περίττωμα καθ᾽ ἕν τι μείνῃ τῶν ἀσθενεστάτων· ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτ᾽ εἰς ἄλλο δύναται μεταῤῥεῖν, ὡς ἂν μήτε δεχομένου τινὸς αὐτὸ τῶν ἰσχυροτέρων, μήτ᾽ ἀπώσασθαι δυναμένου τοῦ πεπονθότος. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν παθῶν τῆς γενέσεως καὶ τῆς ἰάσεως αὖθις ἡμῖν ἐπιδεικνύουσιν ἱκανὰ κἀξ ἐκείνων λαβεῖν ἐστι μαρτύρια τῷ λόγῳ τῶν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ παντὶ

ita altera in alteram, quod fupervacuum eft, a fe deponit; et ficut trahentium ea vicit, quae erat valentior, fic et a fe deponentium; eftque haec vocatarum fluxionum caufa. Habet enim pars quaeque nativum quoddam robur, quo, quod fupervacuum eft, perfequitur. Ubi igitur earum aliqua affectus cujuspiam occafione imbecillior eft reddita, ex omnibus in illam confluere, quae fupervacua funt, eft neceffe; ea namque, quaecunque pars valentiffima eft, in vicinas omnes deponit; earum rurfus fingulae in alias, quae ipfis fint imbecilliores; dein rurfus illarum fingulae in alias; idque eatenus longiffime procedit, quoad ex omnibus fugatum fuperfluum in unam quampiam maxime imbecillarum procumbat; hinc namque in aliam transfluere nequit, utpote nec valentiorum aliqua id recipiente, nec laborante ipfa a fe pellere valente. Caeterum alibi quum fcilicet de affectuum vel generatione vel curatione agemus, abunde ex illis teftimonia coepiffe licebit iis,

δεδειγμένων ὀρθῶς. ὃ δ' ἐν τῷ παρόντι δεῖξαι προὔκειτο, πάλιν ἀναλάβωμεν, ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν ἐξ ἥπατος ἥκειν τινὰ τροφὴν ἐντέροις τε καὶ γαστρὶ διὰ τῶν αὐτῶν φλεβῶν, δι' ὧν ἔμπροσθεν ἐξ ἐκείνων εἰς ἧπαρ ἀνεφέρετο. καὶ πολλοῖς ἀθρόως τε καὶ τελέως ἀποστᾶσιν ἰσχυρῶν γυμνασίων ἤ τι κῶλον ἀποκοπεῖσιν αἵματος ἀθρόου διὰ τῶν ἐντέρων γίνεται κένωσις ἔκ τινων περιόδων, ὥς που καὶ Ἱπποκράτης ἔλεγεν, οὐδὲν μὲν ἄλλο λυποῦσα, καθαίρουσα δ' ὀξέως τὸ πᾶν σῶμα, καὶ τὰς πλησμονὰς ἐκκενοῦσα, διὰ τῶν αὐτῶν δήπου φλεβῶν τῆς ἔσω φορᾶς τῶν περιττῶν ἐπιτελουμένης, δι' ὧν ἔμπροσθεν ἡ ἀνάδοσις ἐγίνετο. πολλάκις δ' ἐν νόσοις ἡ φύσις διὰ μὲν τῶν αὐτῶν τούτων δήπου φλεβῶν τὸ πᾶν ἐκκαθαίρει ζῶον· οὐ μὴν αἱματώδης γ' ἡ κένωσις αὐτοῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν λυποῦντα γίνεται χυμόν. οὕτω δὲ κἀν ταῖς χολέραις ἐκκενοῦται πᾶν σῶμα διὰ τῶν εἰς ἔντερά τε καὶ γαστέρα καθηκουσῶν φλεβῶν. τὸ δ' οἴεσθαι, μίαν εἶναι ταῖς ὕλαις φορὰν, τελέως ἀγνοοῦντός ἐστι τὰς φυσικὰς

quae toto hoc libro recte ſunt demonſtrata. Quod autem oſtendere in praeſenti propoſitum erat, denuo reſumamus, non eſſe ſcilicet mirum venire ex hepate in ventrem et inteſtina nutrimentum per eas ipſas venas, per quas prius ex illis in hepar ſubierat; multisque eorum, qui valentem exercitationem ſubito et prorſus dimiſerunt, aut quibus membrum aliquod praeciſum eſt, ſanguinem per inteſtina certis periodis ſimul plurimum vacuari, (ſicuti quodam loco Hippocrates dixit,) nullo quidem corporis incommodo, niſi quod prae celeri impetu ipſum totum purgat, redundansque vacuat, per easdem ſcilicet venas intro latis ſuperfluis, per quas antea in corpus fuerant deducta. Porro in morbis natura non raro totum animal per easdem venas purgat, non tamen eſt ea vacuatio ſanguinis, ſed pro ratione infeſtantis ſucci. Ita nimirum et in choleris per venas, quae ad inteſtinum et ventrem pertinent, totum vacuatur corpus. Exiſtimare autem, unicum eſſe motus modum, quo materiae in corpore ferantur, ignorantis omnino eſt naturae

δυνάμεις, τάς τ' ἄλλας καὶ τὴν ἐκκριτικὴν ἐναντίαν οὖσαν τῇ ἑλκτικῇ. ταῖς γὰρ ἐναντίαις δυνάμεσιν ἐναντίας κινήσεις τε καὶ φορὰς τῶν ὑλῶν ἀναγκαῖον ἀκολουθεῖν. ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων, ὅταν ἑλκύσῃ τὸν οἰκεῖον χυμὸν, ἔπειτα κατάσχῃ καὶ ἀπολαύσῃ, τὸ περιττὸν ἅπαν ἀποθέσθαι σπεύδει, καθ' ὅτι μάλιστα δύναται, τάχιστά τε ἅμα καὶ κάλλιστα κατὰ τὴν τοῦ περιττοῦ ῥοπήν. ὅθεν ἡ γαστὴρ τὰ μὲν ἐπιπολάζοντα τῶν περιττωμάτων ἐμέτοις ἐκκαθαίρει, τὰ δ' ὑφιστάμενα διαῤῥοίαις. καὶ τότε ναυτιῶδες γίνεσθαι τὸ ζῶον λέγομεν, τουτέστιν ὁρμῆσαι τὴν γαστέρα κενωθῆναι δι' ἐμέτου. οὕτως δή τι βίαιον καὶ σφοδρὸν ἡ ἐκκριτικὴ δύναμις ἔχει, ὥστ' ἐν τοῖς εἰλεοῖς, ὅταν ἀποκλεισθῇ τελέως ἡ κάτω διέξοδος, ἐμεῖται κόπρος. καίτοι πρὶν διελθεῖν τό τε λεπτὸν ἔντερον ἅπαν, καὶ τὴν νῆστιν, καὶ τὸν πυλωρὸν, καὶ τὴν γαστέρα, καὶ τὸν οἰσοφάγον, οὐχ οἷόν τε διὰ τοῦ στόματος ἐκπεσεῖν οὐδὲν οὐδενὶ τοιούτῳ περιττώματι. τί δὴ θαυμαστὸν, εἰ κἀκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας τῆς κατὰ τὸ δέρμα μέχρι τῶν ἐντέρων τε καὶ τῆς γαστρὸς ἀφικνεῖταί τι

potentias, cum alias tum vero eam, quae attractrici adversa est, excretricem. Siquidem contrarias potentias necesse est contrarii sequantur motus. Singulae enim partes, ubi convenientem succum attraxerunt, deinde ex retento fructum ceperunt, totum, quod superfluum est, quam possunt celerrime commodissimeque, quo vergit, abjicere properant. Eoque ventriculus, quod excrementum in eo fluitat, per vomitionem expurgat; quod subsidit, alvi dejectione. Atque id est, quod animal esse nauseabundum dicimus, ventriculum scilicet, ut per vomitionem vacuetur, impetum capessere. Ergo tantam violentiam vehementiamque vis expultrix obtinet, ut, ubi in ileo transitus omnino praeclusus est, vomatur stercus; quanquam, nisi trajecto tum tenui intestino toto, tum jejuno, tum pyloro ventriculoque ac gula, omnino nequeat per ullius os ejici tale ullum excrementum. Ergo quid miri est, si etiam ab ultima corporis parte, quae ad cutem est, ad ipsa usque intestina et ventriculum aliquid

μεταλαμβανόμενον, ὡς καὶ τοῦθ᾽ Ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐδίδαξεν, οὐ πνεῦμα μόνον, ἢ περίττωμα φάσκων, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν αὐτὴν ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας αὖθις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ὅθεν ἀνηνέχθη, καταφέρεσθαι. ἐλάχισται γὰρ ῥοπαὶ κινήσεων τὴν ἐκκριτικὴν ταύτην οἰακί[71]ζουσι δύναμιν, ὡς ἂν διὰ τῶν ἐγκαρσίων μὲν ἰνῶν γινομένην, ὠκύτατα δὲ διαδιδομένην ἀπὸ τῆς κινησάσης ἀρχῆς ἐπὶ τὰ καταντικρὺ πέρατα. οὔκουν ἀπεικὸς οὐδ᾽ ἀδύνατον, ἀήθει ποτὲ ψύξει τὸ πρὸς τῷ δέρματι μόριον ἐξαίφνης πιληθὲν, ἅμα μὲν ἀῤῥωστότερον αὐτὸ γινόμενον, ἅμα δ᾽ οἷον ἄχθος τι μᾶλλον ἢ παρασκευὴν θρέψεως ἔχον τὴν ἔμπροσθεν ἀλύπως αὐτῷ παρεσπαρμένην ὑγρότητα καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀποθέσθαι σπεῦδον, ἅμα δὲ τῆς ἔξω φορᾶς ἀποκεκλεισμένης τῇ πυκνώσει, πρὸς τὴν λοιπὴν ἐπιστραφῆναι, καὶ οὕτω βιασάμενον εἰς τὸ παρακείμενον αὐτῷ μόριον ἀθρόως ἀπώσασθαι τὸ περιττὸν, ἐκεῖνο δ᾽ αὖ πάλιν εἰς τὸ μετ᾽ αὐτὸ,

translatum pervenit? Quod ipsum quoque Hippocrates nos docuit, scilicet non spiritum modo aut excrementum, verum etiam nutrimentum ipsum ab ultima et summa corporis parte eo, unde primum ascendit, rursum deferri. Quippe minimae motus conversiones expultricem facultatem huc vel illuc impellunt, ut quae per transversas fibras functionem suam obeat, ocyssimeque ab eo, unde primum est mota, ad eum, qui contra positus est, finem traducatur. Non est ergo nec a ratione alienum nec ejusmodi, quod fieri nequeat, si pars ea, quae ad cutim est, insolito interim frigore subito stipata, ubi et imbecillior est reddita, et quem prius citra offensam inspersum habuit humorem, ut onus potius, quam praeparatum aliquid ad nutritionem, sustinet, eoque pellere a se studet, simul autem, via, quae foras fert, densitate interclusa, ad alteram converti, itaque, quod offendit, in vicinam sibi partem violenter coactum amolitur; atque illa rursus in eam, quae sibi proxima est;

καὶ τοῦτο μὴ παύσασθαι γινόμενον, ἄχρις ἂν ἡ μετάληψις ἐπὶ τὰ ἐντὸς πέρατα τῶν φλεβῶν τελευτήσῃ. αἱ μὲν δὴ τοιαῦται κινήσεις θᾶττον ἀποπαύονται. αἱ δ' ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν διερεθιζόντων, ὡς ἔν τε τοῖς καθαίρουσι φαρμάκοις καὶ ταῖς χολέραις, ἰσχυρότεραί τε πολὺ καὶ μονιμώτεραι γίνονται, καὶ διαμένουσιν, ἔστ' ἂν καὶ ἡ περὶ τοῖς στόμασι τῶν ἀγγείων διάθεσις, ἡ τὸ πλησίον ἕλκουσα, παραμένῃ. αὕτη μὲν γὰρ εἰς τὸ συνεχὲς ἐκκενοῖ μόριον, ἐκεῖνο δ' αὖ εἰς τὸ μετ' αὐτὸ, καὶ τοῦτ' οὐ παύεται μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας, ὥστε, μεταδιδόντων τῶν ἐφεξῆς ἀεὶ μορίων ἑτέρων ἑτέροις, τὸ πρῶτον πάθος ὠκύτατα διϊκνεῖσθαι μέχρι τῶν ἐσχάτων. οὕτως οὖν ἔχει κἀπὶ τῶν εἰλεῶν. αὐτὸ μὲν γὰρ τὸ φλεγμαῖνον ἔντερον οὔτε τοῦ βάρους οὔτε τῆς δριμύτητος ἀνέχεται τῶν περιττωμάτων, καὶ διὰ τοῦτ' (116) ἐκκρίνειν αὐτὰ σπεύδει καὶ ἀπωθεῖσθαι πορρωτάτω· κωλυόμενον δὲ κάτω ποιεῖσθαι τὴν δίωσιν, ὅταν ἐνταυθοῖ ποτε τὸ σφοδρότατον ᾖ τῆς φλεγμονῆς, εἰς τὰ πλησιάζοντα τῶν ὑπερκειμένων ἐντέρων ἀπωθεῖται· καὶ οὕτως ἤδη κατὰ

neque id fieri desinit, quoad translatio ad interna venarum ora finiatur. Ac tales quidem motus celerius cessant; qui autem ab iis, qui lancinant partes interiores, veluti in medicamentorum purgatione ac choleris, ii et vehementiores fiunt et diuturniores, durantque, dum affectus, qui in vasorum finibus est, qui, quod vicinum est, trahit, permanet. Hic namque continentem vacuat partem; illa rursus in eam, quae sibi proxima succedit; nec finis, quoad perventum ad ultimum est exitum, ita ut, partibus, quae deinceps sunt positae, altera semper alteri impartientibus, primus affectus ocyssime ad ultima perveniat. Sic igitur se habet et in ileo: ipsum enim, quod phlegmone laborat, intestinum nec pondus nec acrimoniam tolerat excrementorum, eoque excernere expellereque eam quam longissime a se nititur; prohibitum vero deorsum persequi, quum scilicet hoc loco gravissima pars phlegmones fuerit, in proxima suprapositorum intestinorum extrudit: itaque jam excretricis facultatis

τὸ συνεχὲς, τὴν ῥοπὴν τῆς ἐκκριτικῆς δυνάμεως ἄνω ποιησάμενον, ἄχρι τοῦ στόματος ἐπανέρχεται τὰ περιττώματα. ταῦτα μὲν δὴ κἀν τοῖς τῶν νοσημάτων λογισμοῖς ἐπὶ πλέον εἰρήσεται. τὸ δ᾽ ἐκ παντὸς εἰς πᾶν φέρεσθαί τι καὶ μεταλαμβάνεσθαι, καὶ μίαν ἁπάντων εἶναι σύμπνοιάν τε καὶ σύῤῥοιαν, ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγεν, ἤδη μοι δοκῶ δεδεῖχθαι σαφῶς, καὶ μηκέτ᾽ ἄν τινα, μηδ᾽ εἰ βραδὺς αὐτῷ νοῦς ἐνείη, περὶ τῶν τοιούτων ἀπορῆσαι μηδενὸς, οἷον ὅπως ἡ γαστὴρ ἢ τὰ ἔντερα τρέφεται, καὶ τίνα τρόπον ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας εἴσω τι διϊκνεῖται. πάντων γὰρ τῶν μορίων ἕλκειν μὲν τὸ προσῆκόν τε καὶ φίλιον, ἀποκρίνειν δὲ τὸ βαρῦνον ἢ δάκνον ἐχόντων δύναμιν, οὐδὲν θαυμαστὸν ἐναντίας συνεχῶς γίγνεσθαι κινήσεις ἐν αὐτοῖς, ὥσπερ ἐπί τε τῆς καρδίας ὁρᾶται σαφῶς καὶ τῶν ἀρτηριῶν ἁπασῶν, καὶ τοῦ θώρακος, καὶ τοῦ πνεύμονος. ἐπὶ μέν γε τούτων ἁπάντων μόνον οὐ καθ᾽ ἑκάστην καιροῦ ῥοπὴν τὰς ἐναντίας κινήσεις τε ἅμα τῶν ὀργάνων καὶ φορὰς τῶν ὑλῶν

impetu per continuum inteſtinum ſurſum verſo, excrementa usque ad os aſcendunt. Atque haec quidem in tractationibus de morbis fuſius proſequemur. Caeterum quod ex toto in totum aliquid transferatur mutuoque recipiatur, ac una ſit omnium (ſicut Hippocrates prodidit) conſpiratio atque confluxio, jam mihi videor clare indicaſſe; quodque nemo, ne ſi tardus quidem illi ſit ſenſus, de talium ullo etiamnum dubitet, qualia ſcilicet ſunt, qua ratione venter inteſtinaque nutriantur, et quonam modo ab ultima corporis ſumma parte intro aliquid perveniat. Siquidem cum univerſae corporis partes attrahendi, quod conveniens amicumque eſt, repellendi, quod gravat mordetve, potentiam habeant, minime mirandum eſt, contrarios aſſidue motus in iis fieri: veluti tum in corde liquido cernitur, tum arteriis omnibus, thoraceque et pulmone. In his enim omnibus tantum non omni temporis momento ſimul inſtrumentorum, ſimul materiarum contrarios motus evidenter

ἐναργῶς ἐστιν ἰδεῖν γιγνομένας. εἶτ' ἐπὶ μὲν τῆς τραχείας ἀρτηρίας οὐκ ἀπορεῖς, ἐναλλὰξ ποτὲ μὲν εἴσω παραγούσης εἰς τὸν πνεύμονα τὸ πνεῦμα, ποτὲ δ' ἔξω, καὶ τῶν κατὰ τὰς ῥῖνας πόρων, καὶ ὅλου τοῦ στόματος ὡσαύτως, οὐδέ τ' εἶναι δοκεῖ σοι θαυμαστὸν οὐδὲ παράδοξον, εἰ, δι' οὗ μικρῷ πρόσθεν εἴσω παρεκομίζετο τὸ πνεῦμα, διὰ τούτου νῦν ἐκπέμπεται, περὶ δὲ τῶν ἐξ ἥπατος εἰς ἔντερά τε καὶ γαστέρα καθηκουσῶν φλεβῶν ἀπορεῖς, καί σοι θαυμαστὸν εἶναι φαίνεται, διὰ τῶν αὐτῶν ἀναδίδοσθαί τε ἅμα τὴν τροφὴν εἰς ἧπαρ, ἕλκεσθαί τ' ἐξ ἐκείνου πάλιν εἰς τὴν γαστέρα; διορίσαι δεῖ, τὸ ἅμα τοῦτο ποτέρως λέγεις. [72] εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, οὐδὲ ἡμεῖς τοῦτό γέ φαμεν. ὥσπερ γὰρ εἰσπνέομεν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ, καὶ αὖθις πάλιν ἐν ἑτέρῳ ἀντεκπνέομεν, οὕτω καὶ τροφὴν ἐν ἑτέρῳ μὲν χρόνῳ τὸ ἧπαρ ἐκ τῆς γαστρὸς, ἐν ἑτέρῳ δ' ἡ γαστὴρ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἐπισπᾶται. εἰ δ', ὅτι καθ' ἓν καὶ ταὐτὸν ζῶον ἓν ὄργανον ἐναντίαις φοραῖς ὑλῶν ὑπηρετεῖται, τοῦτό σοι βούλεται τὸ ἅμα δηλοῦν, καὶ τοῦτό σε ταράττει, τήν τε

fieri videas. An igitur de afpera arteria viciffim alias intro in pulmonem, alias foras fpiritum transmittente non dubitas; pari modo nec de nafi meatibus et ore toto; nec mirum etiamnum aut incredibile tibi videtur, fi, per quod fpiritus paulo ante recipiebatur intro, per id nunc emittitur; de his, inquam, non dubitas, de venis, quae a jecinore in inteftina et ventrem pertinent, dubitas? mirumque tibi effe videtur, fi per easdem fimul et distribuitur nutrimentum in jecur, et rurfus ab eo in ventriculum trahitur? Sane diftingui oportet illud *fimul*, utro id modo dicas, Nam fi eodem tempore intelligis, ne nos quidem id concedimus; quippe, ficut alio in tempore fpiritum recipimus, alio rurfus foras mittimus, ita alio tempore jecur ex ventre, alio venter ex jecore trahit. Sin, quod in uno eodemque animali unum inftrumentum contrariis materiarum motibus fubfervit, hoc tibi *fimul* illud fignificat, idque te perturbat, age

εἰσπνοὴν ἴδε καὶ τὴν ἐκπνοήν. πάντως που γὰρ καὶ αὗται διὰ μὲν τῶν αὐτῶν ὀργάνων γίγνονται, τρόπῳ δὲ κινήσεώς τε καὶ φορᾶς τῶν ὑλῶν διαφέρουσιν. ὁ πνεύμων οὖν καὶ ὁ θώραξ, καὶ αἱ ἀρτηρίαι αἱ τραχεῖαι καὶ αἱ λεῖαι, καὶ καρδία, καὶ στόμα, καὶ ῥῖνες ἐν ἐλαχίσταις χρόνου ῥοπαῖς εἰς ἐναντίας κινήσεις αὐτά τε μεταβάλλει καὶ τὰς ὕλας μεθίστησιν. αἱ δ' ἐξ ἥπατος εἰς ἔντερα καὶ γαστέρα καθήκουσαι φλέβες οὐκ ἐν οὕτω βραχέσι χρόνου μορίοις, ἀλλ' ἐν πολλαῖς ἡμέραις ἅπαξ ἐνίοτε τὴν ἐναντίαν κινοῦνται κίνησιν. ἔχει γὰρ ὧδε τὸ σύμπαν. ἕκαστον τῶν ὀργάνων εἰς ἑαυτὸ τὴν πλησιάζουσαν ἐπισπᾶται τροφὴν, ἐκβοσκόμενον αὐτῆς ἅπασαν τὴν χρηστὴν νοτίδα, μέχρις ἂν ἱκανῶς κορεσθῇ, καὶ ταύτην, ὡς καὶ πρόσθεν ἐδείκνυμεν, ἐναποτίθεται ἐν ἑαυτῷ, καὶ μετὰ ταῦτα προσφύει τε καὶ ὁμοιοῖ, τουτέστι τρέφεται. διώρισται γὰρ ἱκανῶς ἔμπροσθεν ἕτερόν τι τῆς θρέψεως ἐξ ἀνάγκης αὐτῆς προηγούμενον ἡ πρόσφυσις ὑπάρχειν· ἐκείνης δ' ἔτι πρότερον ἡ πρόσθεσις. ὥσπερ οὖν

ſpiritus immiſſionem emiſſionemque conſidera: omnino enim hae per eadem inſtrumenta fiunt, diſſident autem motus ac ferendae per inſtrumenta materiae modo. Pulmo igitur, et thorax, et arteriae tum aſpera tum lenis, et cor, et os, et nares breviſſimis temporum momentis tum ipſa contrarios ſortiuntur motus, tum materias mutant; quae autem ex jecinore in inteſtina et ventrem pertinent venae, non aeque brevibus temporum ſpatiis, ſed in multis diebus ſemel aliquando contrario funguntur motu. Sic enim res tota ſe habet. Quodvis inſtrumentum, quod juxta ſe eſt nutrimentum, in ſe trahit, quicquid utilis eſt humoris, hactenus ex eo depaſcens, quoad abunde ſit expletum; atque id, ſicuti antea diximus, in ſe recondit; poſtea vero id tum ſibi agglutinat, tum aſſimilat, id eſt, nutritur. Definitum enim abunde ſupra eſt, aliud quoddam a nutritione opus, quod ipſam neceſſario praecedat, agglutinationem eſſe, ſicut etiam illa priorem appoſitionem. Ergo, ſicut ani-

τοῖς ζώοις αὐτοῖς ὅρος ἐστὶ τῆς ἐδωδῆς τὸ ἐκπληρῶσαι τὴν γαστέρα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἑκάστῳ τῶν μορίων ὅρος ἐστὶ τῆς προσθέσεως ἡ πλήρωσις τῆς οἰκείας ὑγρότητος. ἐπεὶ τοίνυν ἅπαν μόριον τῇ γαστρὶ ὁμοίως ὀρέγεται, τρέφεταί τε καὶ περιπτύσσεται τὴν τροφὴν, καὶ οὕτως σφίγγει πανταχόθεν αὐτὴν, ὡς ἡ γαστήρ. ἕπεται δ' ἐξ ἀνάγκης τούτῳ, καθάπερ καὶ πρόσθεν ἐῤῥέθη, τὸ πέττεσθαι τοῖς σιτίοις, τῆς γαστρὸς οὐ διὰ τοῦτο περιστελλομένης αὐτοῖς, ἵν' ἐπιτήδεια τοῖς ἄλλοις ἐργάσηται μορίοις· οὕτως γὰρ ἂν οὐκέτι φυσικὸν ὄργανον, ἀλλὰ ζῶόν τι γίγνοιτο, λογισμόν τε καὶ νοῦν ἔχον, ὡς αἱρεῖσθαι τὸ βέλτιον· ἀλλὰ αὕτη μὲν περιστέλλεται, τῷ τὸ πᾶν σῶμα δύναμιν ἑλκτικήν τε καὶ ἀπολαυστικὴν κεκτῆσθαι τῶν οἰκείων ποιοτήτων, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείκνυτο· συμβαίνει δ' ἐν τούτῳ τοῖς σιτίοις ἀλλοιοῦσθαι. καὶ μέντοι καὶ πληρωθεῖσα τῆς ἐξ αὐτῶν ὑγρότητος καὶ κορεσθεῖσα βάρος ἡγεῖται λοιπὸν αὐτά. τὸ περιττὸν οὖν εὐθὺς ἀποτρίβεταί τε καὶ ὠθεῖ κάτω, πρὸς

malibus ipfis edendi finis fit ipfa ventris impletio, fic partium quaeque apponendi fibi finem facit, cum conveniente humore eft repleta. Quum itaque pars quaeque fimiliter ventri appetat, utique et nutritur, et nutrimentum amplectitur, ad eundemque, quo venter, modum id undique conftringit. Confequitur autem neceffario hoc opus, ut cibi quidem, ceu prius eft dictum, concoquantur, ventre fcilicet non idcirco circa illos fe contrahente, quo reliquis partibus eos reddat accommodos (fic enim non tam naturale effet organum, quam animal, quod ratione menteque praeditum, quod melius eft, eligeret), verum ipfe idcirco circa cibos fe conftringit, quod totum ejus corpus et attrahendae propriae fibi qualitatis, et eadem fruendi, ficut ante monftratum eft, vim obtineat; accidit vero interim, ut cibos alteret. Jam vero, ubi impletus fatiatusque eorum humore eft, pro onere eos de caetero habet; ergo, quod redundans eft, ftatim abjicit ac deorfum trudit, ipfe fcilicet ad aliud opus,

ἕτερον ἔργον αὐτῇ τρεπομένη, τὴν πρόσφυσιν. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ διερχομένη τὸ ἔντερον ἅπαν ἡ τροφὴ, διὰ τῶν εἰς αὐτὰ καθηκόντων ἀγγείων ἀναρπάζεται, πλείστη μὲν εἰς τὰς φλέβας, ὀλίγη δέ τις εἰς τὰς ἀρτηρίας, ὡς μικρὸν ὕστερον ἀποδείξομεν. ἐν τούτῳ δ' αὖ τῷ χρόνῳ καὶ τοῖς τῶν ἐντέρων χιτῶσι προστίθεται. καί μοι τεμὼν ἤδη τῷ λογισμῷ τὴν τῆς τροφῆς οἰκονομίαν ἅπασαν εἰς τρεῖς μοίρας χρόνων, ἐν μὲν τῇ πρώτῃ νόει μένουσάν τε ἅμα κατὰ τὴν κοιλίαν αὐτὴν, καὶ πεττομένην, καὶ προστιθεμένην εἰς κόρον τῇ γαστρὶ, καί τι καὶ τῷ ἥπατι παρ' αὐτῆς ἀναφερόμενον· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ διερχομένην τά τε ἔντερα καὶ προστιθεμένην εἰς κόρον αὐτοῖς τε τούτοις καὶ τῷ ἥπατι, καί τι βραχὺ μέρος αὐτῆς πάντη τοῦ σώματος φερόμενον· ἐν δὲ δὴ τούτῳ τῷ καιρῷ τὸ προστεθὲν ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ προσφύεσθαι νόει τῇ γαστρί· κατὰ δὲ τὴν [73] τρίτην μοῖραν τοῦ χρόνου τρέφεσθαι μὲν ἤδη τὴν κοιλίαν, ὁμοιώσασαν ἑαυτῇ τελέως τὰ προσφύντα· πρόσφυσιν δὲ τῷ ἥπατι καὶ τοῖς ἐντέροις γίγνεσθαι τῶν προστεθέντων, ἀνά-

nempe ut agglutinet, converſus. Hoc in tempore nutrimentum, quum per tota inteſtina permeet, per vaſa, quae ad ea pertinent, rapitur plurimum quidem in venas, exigua quaedam portio in arterias, ceu infra mox docebitur. Jam hoc tempore etiam inteſtinorum tunicis apponitur. Ac mihi omnem jam naturae circa nutrimentum operam in tres temporum vices cogitatione partire. In prima quidem ſimul et manere id in ventriculo et concoqui intellige, tum ventri ipſi ad ſaturitatem apponi; aliquid vero ejus etiam ad jecur aſcendere: in ſecunda transire id ad inteſtina, iisque ipſis et jecinori ad ſaturitatem apponi; tum portiunculam ejus exiguam in omnem corporis partem ferri; porro hoc tempore, quod in primo eſt appoſitum, id ventriculo affigi intellige: in tertia vero temporis portione ventriculum quidem jam nutriri, iis, quae affixerat, plane ſibi aſſimilatis; affigi vero tam jecinori, quam inteſtinis, quae iis fuerant

δοσιν δὲ πάντη τοῦ σώματος καὶ πρόσθεσιν. εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις εὐθέως τὸ ζῶον λαμβάνοι τροφὴν, ἐν ᾧ πάλιν ἡ γαστὴρ χρόνῳ πέττει ταύτην καὶ ἀπολαύει, προστιθεῖσα πᾶν ἐξ αὐτῆς τὸ χρηστὸν τοῖς ἑαυτῆς χιτῶσι, τὰ μὲν ἔντερα τελέως ὁμοιώσει τὸν προσφύντα χυμόν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἧπαρ· ἐν ὅλῳ δὲ τῷ σώματι πρόσφυσις τῶν προστεθέντων τῆς τροφῆς ἔσται μορίων. εἰ δ' ἄσιτος ἀναγκάζοιτο μένειν ἡ γαστὴρ ἐν ταύτῳ τῷ χρόνῳ, παρὰ τῶν ἐν μεσεντερίῳ τε καὶ ἥπατι φλεβῶν ἕλξει τὴν τροφήν· οὐ γὰρ ἐξ αὐτοῦ γε τοῦ σώματος τοῦ ἥπατος. λέγω δὲ σῶμα τοῦ ἥπατος αὐτήν τε τὴν ἰδίαν αὐτοῦ σάρκα πρώτην καὶ μάλιστα, μετὰ δὲ τήνδε καὶ τῶν ἀγγείων ἕκαστον τῶν κατ' αὐτό. τὸν μὲν γὰρ ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων ἤδη περιεχόμενον χυμὸν οὐκέτ' εὔλογον ἀντισπᾷν ἑτέρῳ μορίῳ, καὶ μάλισθ', ὅταν ἤδη πρόσφυσις ἢ ἐξομοίωσις αὐτοῦ γίγνηται· τὸν δ' ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν φλεβῶν τὸ μᾶλλον ἰσχύον τε ἅμα καὶ δεόμενον ἀντισπᾷ μόριον. οὕτως οὖν καὶ ἡ γαστὴρ, ἐν

appofita; praeterea in omnes corporis partes diftributionem appofitionemque fieri. Et poft quidem, fi animal ftatim nutrimentum accipiat, rurfus, quo tempore id venter concoquit, eoque fruitur, quicquid utile ex eo eft, tunicis fuis apponens, hoc inteftina quidem eum, quem fibi affixerant, fuccum prorfus affimilabunt; pari modo jecur; in toto vero corpore partes nutrimenti, quae fuere appofitae, affigentur. Sin autem venter manere fine cibo cogatur hoc tempore, a venis, quae in lactibus ac jecinore funt, nutrimentum trahet, non enim ex ipfo jecinoris corpore: (porro corpus jecinoris appello primum ac maxime ipfam propriam ejus carnem; poft hanc etiam fingula, quae funt in ipfo, vafa:) fiquidem, qui in quaque parte jam contentus eft fuccus, hunc alteram partem revellere credibile non eft, maxime ubi jam agglutinatur vel affimilatur; quod autem eft in venarum finibus, id, quae magis valens fimulque indigens pars eft, in diverfum ad fe revellit. Sic itaque et ven-

Ed. Chart. V. [73.] Ed. Bas. I. (116. 117.)

ῳ χρόνῳ δεῖται μὲν αὐτη τροφῆς, ἐσθίει δ' οὐδέπω τὸ ζῶον, ἐν τούτῳ τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ ἐξαρπάζει φλεβῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸν σπλῆνα διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδείκνυμεν, ὅσον ἐν ἥπατι παχύτερον ἕλκοντα, κατεργάζεσθαί τε καὶ μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ χρηστότερον, οὐδὲν οὐδ' ἐνταῦθα θαυμαστὸν, ἕλκεσθαί τι κἀκ τοῦ σπληνὸς εἰς ἕκαστον τῶν κοινωνούντων αὐτῷ κατὰ τὰς φλέβας ὀργάνων, οἷον εἰς ἐπίπλοον, καὶ μεσεντέριον, καὶ λεπτὸν (117) ἔντερον, καὶ κῶλον, καὶ αὐτὴν τὴν γαστέρα· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐξερεύγεσθαι μὲν εἰς τὴν γαστέρα τὸ περίττωμα καθ' ἕτερον χρόνον, αὐτὸν δ' αὖθις ἐκ τῆς γαστρὸς ἕλκειν τι τῆς οἰκείας τροφῆς ἐν ἑτέρῳ καιρῷ. καθόλου δ' εἰπεῖν, ὃ καὶ πρόσθεν ἤδη λέλεκται, πᾶν ἐκ παντὸς ἕλκειν τε καὶ πέμπειν ἐγχωρεῖ κατὰ διαφέροντας χρόνους, ὁμοιοτάτου γιγνομένου τοῦ συμβαίνοντος, ὡς εἰ καὶ ζῶα νοήσαις πολλὰ τροφὴν ἄφθονον ἐν κοινῷ κατακειμένην, εἰς ὅσον βούλεται, προσφερόμενα. καθ' ὃν γὰρ ἤδη πέπαυται χρόνον ἕτερα, κατὰ τοῦτον εἰκὸς ἐσθίειν ἕτερα, καὶ μέλλειν γε τὰ μὲν

ter, quo tempore ipse indiget nutrimento, animal vero non comedit, hoc ab iis, quae in jecinore sunt, venis rapit. Quoniam autem et lienem prius monstravimus, quod in jecinore crassius est, attrahere, praeterea conficere ac ad utilius mutare, nihil ne hic quidem miri est, a liene aliquid trahi in singula, quae cum illo per venas societatem habent, instrumenta, veluti in omentum, lactes, tenue intestinum, colon et ventriculum ipsum; ad eundem modum et in ventriculum alio tempore excrementum effundere, alio rursus ex ventre aliquid proprii illius nutrimenti attrahere. Utque summatim dicam (id quod prius jam dictum est), quodque ex quoque trahere ac in unumquodque mittere diversis in temporibus potest. Estque simillimum, quod accidit, ac si multa animalia intelligas, quae pabulum abunde in medio objectum, quantum volunt, pascuntur. Quippe quo tempore alia cessant, eodem verisimile est alia comesse, alia prae-

παύεσθαι, τὰ δ᾽ ἄρχεσθαι; καί τινα μὲν συνεσθίοντα, τὰ δ᾽ ἀνὰ μέρος ἐσθίοντα, καὶ ναὶ μὰ Δία γε τὸ ἕτερον ἁρπάζειν θατέρου πολλάκις, εἰ τὸ μὲν ἕτερον ἐπιδέοιτο, τῷ δ᾽ ἀφθόνως παρακέοιτο. καὶ οὕτως οὐδὲν θαυμαστὸν, οὔτ᾽ ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας εἴσω τι πάλιν ὑποστρέφειν, οὔτε διὰ τῶν αὐτῶν ἀγγείων ἐξ ἥπατός τε καὶ σπληνὸς εἰς κοιλίαν ἀνενεχθῆναί τι, δι᾽ ὧν ἐκ ταύτης εἰς ἐκεῖνα πρότερον ἀνηνέχθη. κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἀρτηρίας ἱκανῶς ἐναργὲς τὸ τοιοῦτο, ὥσπερ καὶ κατὰ τὴν καρδίαν τε καὶ τὸν θώρακα καὶ τὸν πνεύμονα. τούτων γὰρ ἁπάντων διαστελλομένων τε καὶ συστελλομένων ἐναλλὰξ, ἀναγκαῖον, ἐξ ὧν εἱλκύσθη τι πρότερον, εἰς ταῦθ᾽ ὕστερον ἐκπέμπεσθαι. καὶ ταύτην ἄρα τὴν ἀνάγκην ἡ φύσις προγινώσκουσα τοῖς ἐν τῇ καρδίᾳ στόμασι τῶν ἀγγείων ὑμένας ἐπέφυσε, κωλύσοντας εἰς τοὐπίσω φέρεσθαι τὰς ὕλας. ἀλλ᾽ ὅπως μὲν τοῦτο γίγνεται, καὶ καθ᾽ ὅντινα τρόπον, ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων εἰρήσεται, δεικνύντων ἡμῶν τά τ᾽ ἄλλα, καὶ ὡς ἀδύνατον οὕτως ἀκριβῶς κλείεσθαι τὰ στόματα τῶν ἀγγείων, ὡς

terea comesse desitura, alia inceptura; item alia cum aliis simul edere, alia alternis vicibus; imo hercle alterum ab altero nonnunquam rapere, ubi scilicet alterum indiget, alteri abunde est objectum. Atque ita mirum non est, si ab ultimo et summo corpore aliquid intro revertitur; sed nec, si ab jecinore et liene aliquid in ventriculum per ea, per quae ex hoc in illa prius subiit, defertur. Siquidem in arteriis id admodum est evidens; non secus autem in corde, thorace et pulmone; omnibus enim his dilatatis vicissim contractisque necesse est, a quibus aliquid prius est attractum, ad ea iterum remitti. Hanc itaque necessitatem natura prospiciens vasorum, quae in corde sunt, osculis membranas adjecit, quae retro ferri materias prohibeant. Verum qualiter et quemadmodum id fiat, in libris de partium usu docebitur, ubi quum alia, tum illud traditur, non posse plane ad unguem ita claudi vasorum ora, ut nihil ex

μηδὲν παλινδρομεῖν. εἰς μέν γε τὴν ἀρτηρίαν τὴν φλεβώδη, [74] καὶ γὰρ καὶ τοῦτ᾽ ἐν ἐκείνοις δειχθήσεται, πολὺ πλέον ἢ διὰ τῶν ἄλλων στομάτων εἰς τοὐπίσω πάλιν ἀναγκαῖον ἐπανέρχεσθαι. τὸ δ᾽ εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον, ὡς οὐκ ἐνδέχεταί τι τῶν αἰσθητὴν καὶ μεγάλην ἐχόντων εὐρύτητα μὴ οὐκ ἤτοι διαστελλόμενον μὲν ἕλκειν ἐξ ἁπάντων τῶν πλησίον, ἢ ἐκθλίβειν δ᾽ αὖθις εἰς ταῦτα συστελλόμενον, ἔκ τε τῶν ἤδη προειρημένων ἐν τῷδε τῷ λόγῳ σαφὲς ἂν εἴη, κἀξ ὧν Ἐρασίστρατός τε καὶ ἡμεῖς ἑτέρωθι περὶ τῆς πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίας ἐδείξαμεν.

Κεφ. ιδ΄. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὡς ἐν ἑκάστῃ τῶν ἀρτηριῶν ἐστί τις δύναμις ἐκ τῆς καρδίας ἐπιῤῥέουσα, καθ᾽ ἣν διαστέλλονταί τε καὶ συστέλλονται, δέδεικται δι᾽ ἑτέρων. εἴπερ οὖν συνθείης ἄμφω, τό τε ταύτην εἶναι τὴν κίνησιν αὐτῆς, τό τε πᾶν τὸ διαστελλόμενον ἕλκειν ἐκ τῶν πλησίον εἰς ἑαυτὸ, θαυμαστὸν οὐδέν σοι φανεῖται, τὰς ἀρτηρίας, ὅσαι μὲν εἰς τὸ δέρμα περαίνουσιν αὐτῶν, ἐπισπᾶσθαι τὸν ἔξωθεν ἀέρα διαστελλομένας· ὅσαι δὲ κατά τι πρὸς τὰς

iis recurrat retro; quippe in venofam arteriam (nam id quoque in illis monftrabitur) multo plus, quam per reliqua ora, retro ferri eft neceffe. Quod autem ad id, quod nunc inftat, eft utile, non poffe quicquam ex iis, quae fenfibilem et magnam habent capacitatem, nifi, quum dilatatur, ex omnibus, quae vicina funt, trahere, aut rurfum nifi, quum contrahitur, in ea exprimere; id tum ex iis, quae in hoc libro jam praedicta funt, conftare poteft, tum ex iis, quae tam Erafiftratus, quam nos alibi de fucceffione ad id, quod vacuatur, prodidimus.

Cap. XIV. Jam vero quod in fingulis arteriis vis quaedam fit, quae a corde confluat, qua tum dilatantur, tum contrahuntur, in aliis eft monftratum. Ergo fi ambo componas, tum quod hic ejus fit motus, tum quod omne dilatatum ex vicinis ad fe trahat, nihil miri tibi videbitur, arterias omnes, quae ad cutim finiuntur, externum aërem, quum dilatantur, attrahere; quae vero parte aliqua ad venas fe aperiunt, quod tenuiffimum

φλέβας ἀνεστόμωνται, τὸ λεπτότατον ἐν αὐταῖς καὶ ἀτμωδέστατον ἐπισπᾶσθαι τοῦ αἵματος· ὅσαι δ' ἐγγυς τῆς καρδίας εἰσὶν, ἐξ αὐτῆς ἐκείνης ποιεῖσθαι την ὁλκήν. ἐν γὰρ τῇ πρὸς τὸ κενούμενον ἀκολουθίᾳ τὸ κουφότατόν τε καὶ λεπτότατον ἕπεται πρότερον τοῦ βαρυτέρου τε καὶ παχυτέρου. κουφότατον δ' ἐστὶ καὶ λεπτότατον ἁπάντων τῶν κατὰ σῶμα πρῶτον μὲν τὸ πνεῦμα, δεύτερον δ' ὁ ἀτμὸς, ἐπὶ τούτῳ δὲ τρίτον, ὅσον ἂν ἀκριβῶς ᾖ κατειργασμένον τε καὶ λελεπτυσμένον αἷμα. ταῦτ' οὖν εἰς ἑαυτὰς ἕλκουσιν αἱ ἀρτηρίαι πανταχόθεν· αἱ μὲν εἰς τὸ δέρμα καθήκουσαι τὸν ἔξωθεν ἀέρα· πλησίον τε γὰρ αὐταῖς οὗτός ἐστιν, ἐν τοῖς μάλιστά τε κουφότατος· τῶν δ' ἄλλων ἡ μὲν ἐπὶ τὸν τράχηλον ἐκ τῆς καρδίας ἀνιοῦσα καὶ ἡ κατὰ ῥάχιν, ἤδη δὲ καὶ ὅσαι τούτων ἐγγὺς, ἐξ αὐτῆς μάλιστα τῆς καρδίας. ὅσαι δὲ καὶ τῆς καρδίας πορρωτέρω καὶ τοῦ δέρματος, ἕλκειν ταύταις ἀναγκαῖον ἐκ τῶν φλεβῶν τὸ κουφότατον τοῦ αἵματος· ὥστε καὶ τῶν εἰς τὴν γαστέρα τε καὶ τὰ ἔντερα καθηκουσῶν ἀρτηριῶν, ἀπὸ τῆς ἐπὶ ῥάχει πεφυκυίας, ἁπασῶν τὴν ὁλκὴν ἐν τῷ διαστέλλεσθαι γίνεσθαι παρά τε τῆς

μοῤῥαγίαν, ἣν ἐκ τοῦ τρῶσαί τι τῶν ὑποκειμένων ἀγγείων αὐτῇ κίνδυνος γενέσθαι. εἰ δὲ δὴ τοῦτό σοι καλῶς πραχθείη, τοῦ πνεύμονος ἀποδείρας ὅτι τάχιστα τὸν ὑμένα, κἄπειτα τοῖς σαυτοῦ δακτύλοις ἀφελὼν τὴν μεταξὺ τῶν ἀγγείων σάρκα καὶ γυμνώσας αὐτὰ πειρῶ κατασκέπτεσθαι διά τε τῆς ὄψεως καὶ τῆς ἀφῆς, εἰ σφύζει τι τῶν κατ᾽ αὐτὸν ἀγγείων. ὅ τι δὲ ἂν εὕρῃς σφύζον, ἀρτηρίαν ἐκεῖνο κάλει. πρὶν δ᾽ ὑποπεσεῖν ἐναργῶς σοι τὴν κίνησιν αὐτῶν, οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν οὔτε τὸ τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ἐκφυόμενον οὔτε τὸ τῆς δεξιᾶς οὕτω προσαγορεύειν, ὥσπερ ἐποίησαν ἔνιοι τῶν ἀνατομικῶν, διενεχθέντες μὲν ἀλλήλοις καὶ κατὰ ταύτας τὰς προσηγορίας, ὅμως γε μὴν ἀποφαινόμενοι τινὲς μὲν αὐτῶν τὸ τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας ἐκφυόμενον ἀγγεῖον ἀρτηρίαν ἢ φλέβα, ἔνιοι δὲ τῆς δεξιᾶς. ἀμείνους δὲ τούτων, ὅσοι μηδέτερον αὐτῶν ἁπλῶς ὠνόμασαν ἀρτηρίαν ἢ φλέβα, προσθήκῃ δέ τινι τὸ προπετὲς τῆς ἀποφάσεως ἐκόλασαν, ἤτοι γ᾽ ἀρτηριώδη φλέβα προσαγορεύσαντες, ἢ ἀρτηρίαν φλεβώδη· τέτταρα γὰρ ὀνό-

profluvii metu, quod ex cujusdam vasis ipsi subjecti vulnere accidere periculum est. Sin autem hoc tibi recte successerit, pulmonis membrana quam celerrime detracta, deinde carne vasorum intermedia tuismet digitis avulsa, detectisque ipsis visu tactuque explorato, num aliquod in eo vas pulsum edat. Quodcunque autem pulsare deprehendes, arteriam illud vocato. At prius, quam motus ipsarum evidenter tibi innotescat, non necesse est, vel quod ex sinistro cordis ventriculo oritur, vel quod ex dextro, sic pronunciare, quemadmodum nonnulli anatomicorum factitarunt; qui etiam in hisce appellationibus inter se discreparunt; attamen quidam ipsorum, quod ex sinistro sinu vas procedit, arteriam aut venam asserunt, nonnulli, quod ex dextro. Rectius autem ii, qui neutrum ipsorum absolute nominarunt arteriam aut venam, sed appendice quadam pronunciati praecipitantiam correxerunt, vel arteriosam venam dicentes, vel arteriam

ματα τῶν ἀγγείων ἑκάτερον ἔσχηκε παρὰ τοῖς ἀνατομικοῖς ἀνδράσιν. ἠκολουθήσαμεν δ' ἡμεῖς, ὡς ἄμεινον τιθεμένοις, ὅσοι τὸ μὲν ἐκ τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ἐκφυόμενον ἀγγεῖον ὠνόμασαν ἀρτηρίαν φλεβώδη, τὸ δ' ἐκ τῆς δεξιᾶς ἀρτηριώδη φλέβα, βέλτιον εἶναι νομίζοντες, ἐπειδὴ τῷ σφύζειν οὐκ ἐναργῶς αὐτὰ διαγιγνώσκομεν, ὡς ἀρτηρίαν μὲν ὀνομάσαι τὸ πνευματικὸν ἀγγεῖον, [151] ἀλλ' ἐπεὶ φλεβὸς ἔχει τὸν χιτῶνα, προσθεῖναι τὸ φλεβῶδες, φλέβα δ' αὖ πάλιν θάτερον ἀπὸ τῆς χρείας προσαγορεύσαντες, ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο τὸ σῶμά ἐστιν ἀρτηρίας, ἀρτηριώδη προσθέντες. ἄριστον μὲν γὰρ, ὡς ἔφην, τῷ σφύζειν τε καὶ μὴ σφύζειν αὐτὰ διακρίνεσθαι· τούτου δ' οὐ πάνυ τι ταῖς αἰσθήσεσι διαγιγνωσκομένου σαφῶς, ἀπὸ μὲν τῆς πρὸς τὰς κοιλίας τῆς καρδίας ἑκατέρας κοινωνίας θέσθαι τοὔνομα, προσθήκην δ' ἀπὸ τῆς σωματικῆς οὐσίας ποιήσασθαι. τῶν δ' ἄνευ προσθήκης ὀνομασάντων αὐτὰ τινὲς μὲν τῇ σώματος προσέσχον οὐσίᾳ μόνῃ, τινὲς δὲ τῇ χρείᾳ. κατὰ μὲν οὖν τὴν σωματικὴν οὐσίαν ἀρτηρία μέν ἐστι τὸ τῆς δεξιᾶς

venosam; quatuor siquidem nomina duobus vasis anatomici indiderunt. Nos autem eos, ceu rectius sentientes secuti sumus, qui vas ex sinistro cordis ventriculo procedens arteriam venosam appellarunt, quod ex dextro, venam arteriosam; melius esse rati, ut, quoniam ipsa pulsu parum evidenter cognoscimus, vas spiritale vocemus arteriam, sed, quia venae tunica vestitur, venosam adiiciamus; rursus autem alterum venae nomine ab usu nuncupemus, quoniam vero et hoc arteriae corpus est, arteriosam addamus. Nam optimum quidem (ut dixi) fuerit pulsus motu et quiete ea discerni; verum, quum hoc sensibus non adeo clare queat distingui, a communione, quam cum utroque cordis ventriculo habent, indi nomen debet, appendix vero a corporea substantia fieri. Porro ex iis, qui circa appendicem ipsam nominarunt, quidam certe soli corporis substantiae, quidam vero usui attenderunt. Itaque juxta corpoream substantiam arteria vas est, quod ex dextro cordis

κοιλίας ἐκφυόμενον ἀγγεῖον, φλὲψ δὲ τὸ τῆς ἀριστερᾶς· κατὰ δὲ τὴν χρείαν ἔμπαλιν ἀρτηρία μὲν τὸ τῆς ἀριστερᾶς, φλὲψ δὲ τὸ τῆς δεξιᾶς.

Κεφ. έ. Ἥτις δ᾽ ἐστὶν ἡ σωματικὴ τῶν ἀγγείων οὐσία, καιρὸς ἤδη λέγειν, ἀρχὴν τῷ λόγῳ τήνδε θεμένους. αἱ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα φλέβες ἐξ ἑνὸς ἰδίου γεγόνασι χιτῶνος· ὁ γὰρ ἔξωθεν αὐταῖς ἐνίοτε περιφυόμενος ὑμὴν, ἔνθα συνδεῖσθαί τισιν ἢ στηρίζεσθαί τε καὶ σκέπεσθαι δέονται, κατ᾽ ἐκεῖνα μόνα προσέρχεται. δύο δ᾽ εἰσὶ οἱ τῆς ἀρτηρίας ἴδιοι χιτῶνες, ὁ μὲν ἔξωθεν, οἷός περ ὁ τῆς φλεβὸς, ὁ δ᾽ ἔνδον, πενταπλάσιός που τῷ πάχει τοῦδε, καὶ μέντοι καὶ σκληρότερος, εἰς ἐγκαρσίας ἶνας διαλυόμενος· ὅ γε μὴν ἔξωθεν, ὁ καὶ ταῖς φλεψὶν ὑπάρχων, εὐθείας τε καὶ ἐνίας μετρίως λοξὰς ἔχει τῶν ἰνῶν, ἐγκαρσίαν δ᾽ οὐδεμίαν. ὁ δ᾽ ἔνδον χιτὼν τῆς ἀρτηρίας, ὁ παχὺς καὶ σκληρὸς, οἷον δέρμα τι κατὰ τὴν ἐντὸς ἐπιφάνειαν ἔχει παραπλήσιον ἀραχνίῳ σαφῶς, φαινόμενον μὲν ἐπὶ τῶν μεγάλων ἀρτηριῶν, ὃν ἔνιοι τρίτον ἀρτηρίας τίθενται χιτῶνα. τέταρτος

ſinu oritur, vena autem, quod ex ſiniſtro; contra uſus ratione, quod ex ſiniſtro prodit, arteria eſt, quod ex dextro, vena.

Cap. V. At quae corporea vaſorum ſubſtantia exiſtat, opportunum jam eſt dicere, hinc ſermonis ſumpto exordio. Venae totius corporis ex peculiari una conſtant tunica; nam exterior membrana ipſis nonnunquam obhaereſcens, ubi colligari quibusdam aut fulciri ac contegi deſiderant, illuc ſolum accedit. Arteriae vero duae peculiares tunicae exiſtunt, exterior ſane, qualis venae eſt, interior autem craſſitie hujus fere quintupla, inſuper durior, in transverſas fibras diſſoluta; exterior autem, quam etiam venae obtinent, rectis fibris et quibusdam mediocriter obliquis, transverſis nullis contexta eſt. Interior arteriae tunica craſſa duraque ceu cutem quandam interna ſuperficie continet, telae araneorum manifeſto perſimilem, in magnis quidem arteriis perſpicuam, quam nonnulli tertiam arteriae tunicam ſtatuunt; quarta

δ᾽ ἄλλος ἴδιος αὐτῆς οὐδείς ἐστιν, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐνίαις τῶν φλεβῶν, οὕτω καὶ τῶν ἀρτηριῶν ἐπιφύεταί τε καὶ περιφύεται κατά τινα μέρη λεπτὸς ὑμὴν σκέπων ἢ στηρίζων ἢ συνδεσμεύων αὐτὰς τοῖς πλησιάζουσι μορίοις. καὶ μάλιστά γε τοῦτο γίγνεται ταῖς ἀρτηρίαις καὶ ταῖς φλεψὶν ἐν μὲν τοῖς κάτω φρενῶν χωρίοις ὑπὸ τοῦ περιτοναίου, καθάπερ εἴρηται πρόσθεν, ἐν δὲ τοῖς ἄνωθεν τοῖς ἔνδον τοῦ θώρακος ὑπὸ τοῦ τὰς πλευρὰς ὑπεζωκότος. ὁποῖαι μὲν οὖν καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμά εἰσιν αἱ ἀρτηρίαι, τοιοῦτον ἐκ τῆς δεξιᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ἐκφυόμενον ἀγγεῖον εἰς ὅλον τὸν πνεύμονα κατασχίζεται· ὁποῖαι δ᾽ αἱ φλέβες, τοιοῦτον ἐκ τῆς ἀριστερᾶς· ὥστε, τριῶν ἀγγείων διαπλεκόντων τὸν πνεύμονα, τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ὁρμώμενον ἀρτηρίαν φλεβώδη καλεῖσθαι, τὸ δ᾽ ἀπὸ τῆς δεξιᾶς ἀρτηριώδη φλέβα, τὸ δὲ τρίτον ἀρτηρίαν τραχεῖαν, ἐκ χόνδρων συγκειμένην σιγμοειδῶν τὸ σχῆμα. τὸ μὲν οὖν κυκλοτερὲς τοῦ χόνδρου κατά τε τὴν μεγάλην ἀρτηρίαν τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ πρέμνου λόγον ἔχουσαν ὡς πρὸς τὰς ἐν τῷ πνεύ-

vero alia peculiaris ei nulla est, sed, veluti quibusdam venarum, ita quoque arteriis alicubi obhaerescit et circumtenditur membrana tenuis contegens aut affirmans aut connectens ipsas vicinis particulis. Atque id maxime arteriis venisque accidit in ima septi regione a peritonaeo, sicut prius est narratum; in superiore intra thoracem a membrana costas succingente. Quales igitur toto corpore existunt arteriae, tale vas ex dextro cordis sinu procedens in totum pulmonem ramorum serie diffunditur; quales autem venae, tale ex sinistro: ut ex tribus vasis pulmonem intexentibus, quod a sinistro cordis ventriculo proficiscitur, arteria venosa nuncupetur, quod a dextro, arteriosa vena, tertium arteria aspera, ex cartilaginibus, quae literae *C* imaginem referunt, constructa. Itaque circulares cartilagines tum in grandi arteria, quae in collo caudicis rationem obtinet, si ad pulmonis arterias conferas, tum in illis ipsis, ceu ramis quibusdam

μονι καὶ κατ᾽ αὐτὰς ἐκείνας, ὥσπερ τινὰς κλάδους ἀπ᾽ αὐτῆς πεφυκυίας, ἐν τοῖς πρόσω τέτακται μέρεσι, κατὰ μὲν τὸν τράχηλον ὁμιλοῦν τῷ στομάχῳ, κατὰ δὲ τὸν πνεύμονα τῇ κληθείσῃ πρὸς ἡμῶν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἀρτηριώδει φλεβί. ἀναπληροῦνται δὲ τὰ μεταξὺ τῶν ἀγγείων ὑπὸ τῆς τοῦ πνεύμονος ἰδίας οὐσίας, ἣν οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον ὀνομάζουσι παρέγχυμα. τοῦτον μὲν δὴ καὶ τοῦ θώρακος ἐξῃρημένον ἀνατέμνειν ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τὴν καρδίαν αὐτήν· [152] οὐ μὴν τήν γε πρὸς τοὺς ὑμένας οἷόν τε κοινωνίαν αὐτῶν ἐπιγνῶναι τοῦ θώρακος ἐξελόντα, ἀλλ᾽ ὡς ἀρτίως εἶπον. ἵνα μὲν γὰρ ἀπ᾽ ἀλλήλων χωρίσῃς τοὺς διαφράττοντας ὑμένας ὅλον τὸν θώρακα, διατέμνειν χρὴ κατὰ μῆκος τὸ στέρνον ἐπὶ τεθνεῶτος τοῦ ζώου, κἄπειτ᾽ ἀνακλᾷν πρὸς τὰ πλάγια τὸ μέρος ἑκάτερον.

Κεφ. ς΄. Ἵνα δὲ τὸν περικάρδιον ἀκριβῶς καταμάθῃς, ὅλον ἐκτέμνειν τὸ στέρνον ἐγχειρήσει τοιᾷδε. τοῦ ξιφοειδοῦς χόνδρου τὸ πέρας ἤτοι διὰ τῶν σαυτοῦ δακτύλων ἢ δι᾽ ἀγκίστρου σφοδρῶς ἀνατείνων τε καὶ ἀνακλῶν τέμνε τὰ πέριξ πάντα, καθ᾽ ἃ συνέχεται τοῖς ὁμιλοῦσι

ab ea productis, in priore parte ſitum habent, in collo quidem gulae adhaerentes, in pulmone autem venae, quam paulo ante vocavimus arterioſam. Porro vaſorum intercapedines peculiari pulmonis ſubſtantia replentur, quam Eraſiſtratus vocat parenchyma. Hunc certe thorace exemptum, ſicut et cor ipſum, licet incidere: non tamen ita ſocietatem ipſorum, quam cum membranis ineunt, eſt cognoſcere, ſed eo, quo nuper dixi, modo. Ut enim membranas, quae totum thoracem interſepiunt, a mutuo coitu ſepares, pectoris os in mortuo animante longa linea dividendum eſt, deinde utraque pars in latera inflectenda.

Cap. VI. Ut autem cordis involucrum ad amuſſim perdiſcas, totum pectoris os tali modo excidere oportet. Cartilaginis mucronatae extremum vel tuis ipſius digitis vel hamulo vehementer attollens reflectensque omnia in orbem circumdata, per quae vicinis particulis continetur,

σώμασιν. ὅταν δ' οὕτω πράττων ἐντύχῃς τῷ πέρατι τοῦ στέρνου, καὶ περὶ τοῦθ' ὁμοίως ἐνέργει, τὸ μὲν ἑκατέρωθεν αὐτοῦ τέμνων ἀφειδῶς, ἀποξύων δ' ἀτρέμα τῶν ὑποκειμένων ὑμένα τὸν περικάρδιον· οὕτω τε πράττων ἀνάβαινε, μέχρις ἂν ἐντύχῃς τοῦ καλουμένου θυμοῦ τοῖς κάτω πέρασιν, ὧν ἀνώτερον προσερχόμενος ἀγγείοις ἐντεύξῃ. τεθνεῶτος μὲν οὖν ἤδη πρὸ πολλοῦ χρόνου τοῦ ζώου, κἂν τέμῃς τι τῶν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἀγγείων, οὐ πολλὴν αἵματος ἕξεις ῥύσιν· ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ μὴ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον εἴη τεθνεὸς, ἀλλ' ἐσφαγμένον. εἰ δ' ἤτοι πρόσφατον ἢ πολύαιμον ὑπάρχει, καταῤῥυήσεταί τι καὶ πρὸς τὴν τοῦ περικαρδίου ῥίζαν ἐκ τῶν τρωθέντων ἀγγείων αἷμα. δυνήσῃ μὲν οὖν αὐτὸ καὶ διὰ σπόγγου καθήρας ἐπισκέπτεσθαι τὸ προκείμενον. ἄμεινον δ' ἀναιμωτὶ γενέσθαι τοὔργον· ὑπάρξει γάρ σοι τἄλλα τε σαφέστερον ὁρᾷν καὶ τοῦ περικαρδίου τὴν ῥίζαν, οὐκ ἐξ αὐτοῦ τῆς καρδίας τοῦ σώματος ὁρμωμένην, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐκφυομένων ἀγγείων αὐτῆς, ὧν τὸ μὲν ἐστιν ἡ μεγίστη τῶν ἀρτηριῶν, ἐν ἀριστεροῖς δηλονότι

incides. Quum autem ad eum modum in fterni extremum incideris, etiam in hoc fimiliter adminiftrationem obibis, utriusque ipfius lateris partem ampliter praecidens, membranam vero cor involventem leviter a fubjectis deradens, atque fic agens altius, donec inferiori glandis, quam thymum appellant, extremo occurras; hoc fuperius pergens in vafa incides. Quare, animali multo jam antea mortuo, fi aliquod hujus partis vas diffecueris, haud magnum fanguinis profluvium excitabis; multo minus, fi nec aliter quam jugulatum interierit. Sin autem vel recens vel multi fanguinis compos fuerit, nonnihil etiam fanguinis ad cordis panniculi radicem ex vafis convulneratis defluet; quamobrem, ipfo etiam fpongia deterfo, rem propofitam poteris infpicere. At citra fanguinem munus obire fatius eft, quippe tum alia manifeftius licet contueri, tum cordis involucri radicem, non ex ipfo cordis corpore ortam, fed ex vafis inde procedentibus; quorum alterum eft maxima arteriarum, finiftra vi-

μέρεσι, τὸ δ' ἕτερον ἐν τοῖς δεξιοῖς, ἡ ἀφ' ἥπατος ἀναφερομένη φλέψ· ἄλλα δὲ δύο, περὶ ὧν ἀρτίως εἶπον, ὧν τὸ μὲν ἀρτηρίαν φλεβώδη, τὸ δὲ ἀρτηριώδη φλέβα καλῶ. θεάσῃ δὲ ταῦτα σαφῶς μὲν ἤδη (178) καὶ πρὶν γυμνῶσαι τοῦ χιτῶνος τὴν καρδίαν, ἔτι δὲ σαφέστερον, εἰ γυμνώσαις. οὕτω γάρ σοι καὶ ἡ τῶν καλουμένων φύσις ὀστῶν ὀφθήσεται, βλεπομένη μὲν ἐναργῶς κἀπὶ τῆς ἐξῃρημένης τοῦ ζώου καρδίας, ὁρωμένη δὲ καὶ προσκειμένης ἔτι σαφῶς.

Κεφ. ζ'. Ὄψει δὲ κατὰ τὴν τοιαύτην ἐγχείρησιν ἔτι καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ὡς ἥ γε καρδία μέση τέτακται τῶν τοῦ θώρακος εὐρυχωριῶν ἑκατέρας. διασημαίνει δ' ἡ κίνησις αὐτῆς, ὡς ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μᾶλλον κειμένης, διὰ διττὴν αἰτίαν, ὅτι τε κατὰ τοῦτο τέτακται τοῦ ζώου τὸ μέρος ἡ πνευματικὴ κοιλία, καὶ ὅτι κέκλιταί πως ὅλη πρὸς τοῦτο μᾶλλον. οὐ γάρ, ὥσπερ ἡ βάσις αὐτῆς ἀκριβῶς ἐστι μέση τῶν τοῦ θώρακος ἀριστερῶν τε καὶ δεξιῶν, οὕτω καὶ ἡ κορυφή· διότι μηδὲ ἀκριβῶς κατάντης ἀπὸ τῆς ἰδίας βά-

delicet parte fita, alterum vena a jecinore furfum verfum tendens, quae dextram regionem fortitur. Alia vero duo, de quibus nuper dixi, quorum alterum arteriam venofam, alterum venam arteriofam appello, jam haec clare etiam prius fpectabis, quam cor tunica detexeris; clarius autem adhuc, ubi detexeris. Hac enim ratione et offium dictorum naturam fpeculabere, quae evidenter quidem corde animali exempto in confpectum prodit, quanquam et infito adhuc ipfo palam cernatur.

Cap. VII. Praeterea in tali adminiftratione praeter jam commemorata hoc confpicies, nempe cor inter utraque thoracis fpatia medium confiftere. Motus autem ipfius indicat, quafi in parte finiftra potius collocatum fit, duplici de caufa, *primum* quia fpiritus conceptaculum ceu ventriculus hic confiftit, deinde quia totum ad hanc magis inclinat. Non enim, ut bafis ipfius media exacte thoracis laevam dextramque regionem interjacet, fic etiam vertex; quoniam neque declive omnino de

σεως ἐπὶ τὸ κάτω πέρας ἐκτέταται, παρεγκλίνει δὲ, ὡς ἔφην, ἐπὶ τὴν ἀριστερὰν χώραν. κατὰ τὴν εἰρημένην μὲν οὖν ἐγχείρησιν ἕκαστον τούτων φαίνεταί σοι, πολὺ δ' ἐναργέστερον, ἐὰν μὴ μόνον ἐκτέμῃς τὸ στέρνον, ἀλλὰ σὺν [153] τοῖς χονδρώδεσι τῶν πλευρῶν. ἔχε δὲ καὶ πρὸς τοῦτο τοὖργον ἰσχυρὰν καὶ μεγάλην σμίλην, ὅπως ἐπιβολῇ μιᾷ διακόψῃς ἁπάσας αὐτὰς ἐφεξῆς, στοχαζόμενος ἐν ἐκείνῳ μάλιστα τέμνειν, ἔνθα πρῶτον ἑκάστης τῶν πλευρῶν ἡ μὲν ὀστώδης οὐσία παύεται, γεννᾶται δ' ἡ χονδρώδης, ἣν προκατανοήσας ἐφ' ἑτέρου ζώου, καθ' ὅ τι μέρος ἐστὶ τῶν πλευρῶν, ἐπ' ἄλλου ποιήσεις τὴν ἐνέργειαν· ἑρμηνευθῆναι γὰρ αὐτὴν ἀκριβῶς τῷ λόγῳ τῶν πάνυ χαλεπῶν ἐστιν. ὡς δ' ἄν τις μάλιστα δύναιτο πρὸς τὴν πεῖραν ἑτοιμότερον ἐλθεῖν ἐκ τοῦ λόγου ποδηγούμενος, ἤδη σοι δίειμι. τῶν πλευρῶν ἑκάστη κάτω τε ἅμα καὶ πρόσω φέρεται λοξὴ, τὴν ἀρχὴν ἑαυτῆς ἔχουσα πρὸς τῇ ῥάχει· διήρθρωται γὰρ ἄρθροις ἐνταῦθα διττοῖς ἑκάστῳ τῶν κατὰ τὸν νῶτον σπονδύλων. ἐπειδὰν δὲ κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον ἰοῦσα λοξὴ

propria basi ad inferius extremum porrectum est, sed ad sinistram, ut dixi, regionem deflectit. Ac ideo in relata administratione singula haec fieri tibi apparent, verum multo evidentius, si non solum sternum, sed etiam costarum cartilaginea exscindas. Caeterum ad hoc munus valens magnumque scalpellum habeto, ut omnes ipsas insequentes uno ictu perscindas, illuc potissimum sectionem dirigens, ubi primum ossea cujusque costae substantia desinit, cartilaginosa autem generatur; quam quum in alio animante praenoveris, in quanam costarum parte habetur, in alio functionem obibis; nam verbis ipsam exacte interpretari difficillimum est. Quomodo autem sermonis indicio ad experientiam promptius pervenias, jam tibi recensebo. Costae singulae deorsum versus simul et prorsum obliquae feruntur juxta spinam habentes principium; duplicibus inibi articulis cum unaquaque dorsi vertebra committuntur. Quum vero hunc in modum tendentes obliquae simul et in externa superficie

τε ἅμα καὶ κυρτὴ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, ὅσον τοῦ θώρακος ἔξω φαίνεται κυρτότατον, ἅπαν ἀνύσῃ, καμπήν τινα τὸ ἐντεῦθεν ἔχει, μηκέθ', ὡς ἐξ ἀρχῆς ὥρμησε, κάτω φερομένη· πρὸς γὰρ τὸ στέρνον ἀνατείνεται λοξή. κατὰ τοῦτο οὖν αὐτὸ καὶ τὴν οὐσίαν ἑτεροίαν ἴσχει, χόνδρος ἀντ' ὀστοῦ γιγνομένη, καὶ τέμνεσθαι δύναται ῥᾳδίως ὀξείᾳ τε ἅμα καὶ ἰσχυρᾷ σμίλῃ. τοιαῦται δέ εἰσιν ἐν ταῖς κεφαλικαῖς ὀνομαζομέναις δέλτοις ταῖς ἀρχαίαις· ἔχουσι δὲ καὶ οἱ τῶν ἵππων ἰατροὶ τοιαύτας σμίλας. ἔχε τοίνυν καὶ σὺ πρὸς τὴν τῶν χόνδρων τομὴν ἑτοίμας τοιαύτας, ὥσπερ ὁρᾷς κἀμοὶ παρεσκευασμένας. καὶ τέμνε νῦν μὲν, ὡς εἴρηται, τὸν θώρακα, τῶν δὲ ἄλλων ἕκαστον μορίων ἀνάλογον, ὡς ἔμπροσθέν τε περὶ τῶν τῆς ἥβης ὀστῶν εἶπον, ἔν τε τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ πάλιν ἐφ' ἑτέρων εἰρήσεται. τέμνων οὖν ἑκατέρωθεν εὐθεῖαν τομὴν ἄνωθεν κάτω, δι' ὅλου μὲν τοῦ θώρακος ἄφελε τὸ μέρος τόδε, ὡς ὁρίζουσιν ἑκατέρωθεν αἱ γενόμεναι τομαί. τὴν δ' ἐγχείρησιν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον,

gibbae, quicquid thoracis foris gibbissimum apparet, totum confecerint, inde quodam modo inflectuntur, non amplius, ut ab initio prodierunt, deorsum versus tendentes, ut quae ad sternum obliquae attollantur. Ibidem igitur cartilago ossis vice generata diversam quoque naturam obtinet, et facile acuto simul et valenti scalpello potest secari. Talia vero in tabellis veteribus, a capite dictis cephalicis, habentur; insuper equorum medici ejusmodi scalpra usurpant; quare etiam tibi hujusmodi cartilagini secandae ad manum sint, quemadmodum vides mihi quoque praeparata. Ac thoracem, veluti comprehensum nunc est, dissecato, reliquas autem singulas particulas proportione, ut antea de pubis ossibus docui, et sermone insequenti rursus de aliis dicetur. Rectam igitur utraque parte lineam deorsum versus per totius thoracis regionem incidens eam thoracis partem attollas, quam utrinque ductae sectiones definiunt; sed administrationem, ut paulo ante perdocui, a mucronata cartilagine

Ed. Chart. IV. [153.] Ed. Baſ. I. (178.)

ἀπὸ τοῦ ξιφοειδοῦς ἄρχεσθαι κελεύων χόνδρου. πολὺ δ᾽ ἂν ἔτι μᾶλλον ἐναργὴς ἡ θέσις ἁπάντων τῶν ἔνδον τοῦ θώρακος ἐπὶ τεθνεῶτος δηλονότι τοῦ ζώου γίγνοιτο μετὰ τὸ πᾶν ἐκκόψαι τὸ περὶ τὸ στέρνον αὐτοῦ μέρος ἅμα τοῖς τῶν πλευρῶν χονδρώδεσι μορίοις, ἐὰν τὰ συνεχῆ τοῖς σπονδύλοις μέρη τῶν πλευρῶν ἀνακλάσῃ τις σφοδρῶς. ὁρᾶτε γάρ δήπου καὶ ἐμὲ τοῦτο πράττοντα βιαίως οὕτως, ὥστε πολλάκις ἢ κατάγνυσθαί τινα τῶν ὀστῶν, ἢ διασπᾶσθαι τοὺς πρὸς τὴν ῥάχιν αὐτῶν δεσμούς. ἐὰν οὖν ὡσαύτως καὶ σὺ πράξῃς, πάνθ᾽ ὁρᾷν ὑπάρξει σοι κατὰ τὸν θώρακα μόρια σαφῶς, καὶ μᾶλλόν γε ἔτι τοῦ διαφράγματος ἀποτμηθέντος τῶν πλευρῶν· ἔτι τε μᾶλλον, εἰ δύο πλευρὰς ἀπ᾽ ἀλλήλων διαστήσαις, τέμνων τὴν ἐν τῷ μέσῳ σάρκα πᾶσαν. ἀλλὰ τοῦτο μέν σοι δεήσει πάντως, ὅταν ἀποτέμῃς τὰ τοῦ θώρακος αὐτοῦ μόρια. πρὸς δὲ τὰ περὶ τὴν καρδίαν, ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος ἐστὶν, οὐδέπω χρεία τῆς τοιαύτης ἐστὶ τομῆς· μόνον γὰρ ἀρκεῖ τὸ στέρνον ἐκκοπτόμενον ἅμα τοῖς προσκειμένοις αὐτῷ μέρεσι τῶν πλευρῶν· χονδρῶδες δ᾽ ἐστὶ καὶ θέσιν ἐναντίαν ἔχει τοῖς ὀστώδεσιν.

exordiri praecipimus. Atqui multo evidentior omnium, quae intra thoracem habentur, ſitus in mortuo videlicet animante evaſerit, ſi, poſtquam partem ipſius ſterni vicinam in totum una cum cartilagineis coſtarum particulis excideris, coſtarum partes vertebris continuas vehementer reflexeris; quandoquidem et me tanta vi id agentem conſpicis, ut plerumque aut oſſium nonnulla perfringantur, aut vincula ipſorum ad ſpinam ſita divellantur. Quod ſi tu quoque ſimiliter peregeris, omnes thoracis particulas palam intueri queas; multo magis, ſepto a coſtis abſciſſo; inſuper hoc magis adhuc, ſi, duabus coſtis invicem diremptis, omnem carnem intermediam praecidas. Verum hoc uſu tibi omnino veniet, cum thoracis ipſius particulas amputaveris. Ad cordis autem partes, de quibus ſermo habetur, nondum talis ſectio requiritur; quippe ſatis eſt, ſi pectoris os ſolum pariter cum partibus coſtarum ei appoſitis exſcindatur; quod cartilaginoſum eſt et contrarium oſſeis ſitum obtinet.

ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἐπὶ τὰ πρόσω καὶ κάτω φέρεται λοξά· ταῦτα δ᾽ ἀρξάμενα καθ᾽ ὃν ἔτι τρόπον ἐδήλωσα, πρὸς τὸ στέρνον ἀναφέρεται λοξά.

Κεφ. η΄. [154] Τήν τε οὖν κοίλην φλέβα θεάσῃ σαφῶς ἄχρι τῆς σφαγῆς ἀνατεινομένην ὀρθίαν, τάς τε τῆς καρδίας ἀποφύσεις, ἃς ὀνομάζουσιν ὦτα, φύσεως οὐσίαν ἰδίαν ἐχούσας, οὐδαμόθι κατ᾽ ἄλλο μόριον ὑπάρχουσαν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὴν τῆς καρδίας αὐτῆς. παραπλήσια γάρ ἐστι τῶν ὁμοιομερῶν ὀνομαζομένων ἀλλήλοις ἔνια, τὴν δ᾽ οὐσίαν ἀκριβῶς οὐκ ἔχει τὴν αὐτὴν, ἀλλ᾽ ἔστι καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν ἰδιότης τις, ἣν ὑπογράψαι μὲν οἷόν τε τῷ λόγῳ, δηλῶσαι δ᾽ ἐναργῶς ἀμήχανον. ἃ γὰρ ἰδόντι μόνον ἢ ψαύσαντι σαφῶς διαγιγνώσκεται, ταῦτα ἀδύνατον ἀκριβῶς διδαχθῆναι λόγῳ· ποδηγῆσαι μέντοι τινὰ πρὸς τὴν ἀκριβεστέραν αὐτῶν ἐπίσκεψιν οἷόν τε, τὴν μὲν καρδίαν ἐξ ἰνῶν ποικίλων τῇ θέσει συγκεῖσθαι λέγοντα, περιφυομένης αὐτῶν ἑκάστῃ σαρκὸς ἁπλῆς. κοινὸν γὰρ τοῦτο καὶ τοῖς μυσὶν

Illa siquidem a spina in priorem inferioremque regionem obliqua deferuntur; haec autem exorsa, quo indicavi modo, ad sternum obliqua porriguntur.

Cap. VIII. Itaque et cavam venam manifesto ad jugulum usque recto tramite procurrentem spectabis, et cordis processus, quos aures nominant, peculiarem naturae substantiam sortientes, quae in alia nulla particula habeatur, quemadmodum profecto et cordis ipsius essentiam. Quaedam enim ex his, quas partes similares vocant, sibi invicem respondent, substantia vero haud ex amussi eadem, sed singulis ipsis inest quaedam proprietas, quam verbis queas describere, evidenter autem manifestare nequaquam. Quae enim visu tantum aut tactu manifesto dignoscuntur, ea verbis doceri accurate non possunt; ducere vero aliquem ad exquisitiorem ipsorum inspectionem est possibile, veluti si quis dicat, cor ex fibris situ diversis constari, sed carne simplici singulis ipsis circumhaerente; quippe commune est hoc musculis omnibus, ventri, inte-

ἅπασι, καὶ τῇ γαστρὶ, καὶ τοῖς ἐντέροις, κύστει τε καὶ μήτρα. οὐ μὴν οὔθ' αἱ ἶνες ἴσην ἰσχὺν ἢ πάχος ἔχουσιν ἐν ἅπασιν, οὔτε ἡ σὰρξ τὴν αὐτὴν ἀκριβῶς ἰδέαν. ἀλλ' ἡ μὲν ἐν τοῖς μυσὶν ἐρυθροτέρα τ' ἐστὶ καὶ μαλακωτέρα τῆς κατὰ τὴν γαστέρα, καὶ μήτραν, καὶ κύστιν, ἅπασάν τε τὴν τῶν ἐντέρων οὐσίαν· ἡ δὲ τῆς καρδίας σκληροτέρα ἅμα καὶ ποικιλωτέρα ταῖς ἰσίν. ἁπλῶς μὲν γὰρ ἔχουσι τῇ θέσει τὰς ἶνας οἱ μύες, οὐχ ἁπλῶς δὲ ἡ καρδία, καθάπερ οὐδ' ὁ τῆς μήτρας ἴδιος χιτὼν, οὐδ' ὁ τῆς κύστεως. ὅστις δ' ἀμελῶς ὁρᾷ, δόξει τούτῳ μηδὲν διαφέρειν οὐσίαν μυὸς καὶ καρδίας, ὥσπερ οὐδὲ νεύρου, καὶ συνδέσμου, καὶ τένοντος. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς ἐν τοῖς ἁπλοῖς καὶ πρώτοις σώμασι διαφορᾶς εἴρηται μὲν ἤδη καὶ δι' ἄλλων, εἰρήσεται δ', ἂν δεήσῃ, καὶ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα λόγον αὖθις. ὅτι δ' ἡ τοῦ σώματος τῆς καρδίας οὐσία πάμπολλα διαφέρει μυὸς, αὐτάρκως ἐπιδέδεικται, μαρτυρούσης αὐτῇ καὶ τῆς ἐνεργείας. ἀβούλητος μὲν γὰρ ἐστι καὶ ἄπαυστος, ἔστ' ἂν περιῇ τὸ ζῶον, ἡ τῆς καρδίας κίνησις. ἡσυχάζει δὲ πολλάκις, ἐπι-

ſtinis, veſicae et vulvae. Neque vero fibrae aequale robur ac craſſitiem in omnibus continent, neque caro eandem omnino formam, ſed muſculorum rubicundior eſt ac mollior ea, quae in ventriculo, vulva, veſica totaque inteſtinorum ſubſtantia habetur, cordis autem durior ſimul et fibris magis evariat. Siquidem muſculi fibras poſitu ſimplices obtinent; cor autem non ſimplices, quemadmodum neque peculiaris vulvae tunica, neque veſicae. At qui negligentius inſpicit, is muſculi cordisque ſubſtantiam, ſicut nervi, ligamenti et tendinis, nihil diſcrepare putabit. Sed de ſimplicium primariarumque partium differentia dictum jam eſt alibi, diceturque, ſi res poſtulet, etiam in praeſenti commentario iterum. Porro quod corporea cordis ſubſtantia permultum a muſculo differat, abunde monſtratum eſt, ut cujus actio illius teſtimonium perhibeat. Etenim cordis motus non arbitrarius eſt, nec ceſſat, quoad animal vita fruitur; muſcu-

Ed. Chart. IV. [154.] Ed. Baf. I. (178. 179.)

γείρεταί τε πάλιν ἡ τῶν μυῶν, ταῖς ὁρμαῖς τοῦ ζώου δουλεύουσα. καὶ μὴν ὁμολογοῦσί γε πάντες οἱ περὶ φύσιν δεινοὶ φιλόσοφοί τε καὶ ἰατροὶ, ταῖς τῆς οὐσίας ἰδιότησι τὰς ἐνεργείας ἕπεσθαι. διὰ τοῦτο γοῦν, ὅσα μὲν ἔχει μόρια ταὐτὸν εἶδος οὐσίας, ὡσαύτως ἐνεργεῖ, κἂν ἐν διαφέρουσιν ᾖ πάμπολλα ζώοις· ὅσα δ᾽ οὐκ ἔχει, διάφορός ἐστι τούτων ἡ ἐνέργεια, κἂν ἑνὸς ὑπάρχῃ ζώου μόρια. καρδία μὲν γὰρ ἅπασα καρδίᾳ πάσῃ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχει, καὶ θώραξ θώρακι, καὶ πνεύμων πνεύμονι· νεφροὶ δὲ καὶ κύστις οὔτε τούτων τινὶ τὴν αὐτὴν, οὔθ᾽ ἥπατι καὶ γαστρί. διὰ τοῦτ᾽ οὐκ οὐδ᾽ οἱ μύες ἔχουσι τῇ καρδίᾳ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν, ὅτι μηδὲ τὴν οὐσίαν. ἀμέλει κἂν ἑψήσας τις ἅμα καρδίαν τε καὶ μῦν ὁντιναοῦν ἑκατέρου γεύσασθαι βουληθῇ, διαφορὰν εὑρήσει κατὰ τὴν γεῦσιν αὐτῶν οὐ σμικρὰν, ὥσπερ εἰ σπληνὸς, ἢ νεφρῶν, ἢ πνεύμονος, (179) ἢ κοιλίας, ἢ ἥπατός τε καὶ γλώττης, ἢ τινος ἄλλου γεύσαιτο μορίων. ἅπαντα γὰρ, ὥσπερ ἁπτομένῳ τε καὶ θεωμένῳ καὶ σκλη-

lorum autem subinde quiescit ac rursus excitatur animantis arbitrio subserviens. Atque sane omnes periti naturae interpretes, tum philosophi, tum medici, fatentur actiones substantiae proprietatem imitari. Hujus rei gratia, quae quidem partes eandem substantiae speciem possident, similiter operantur, etsi diversis permultae insint animantibus; quae vero non habent, diversa harum est functio, quamvis unius animantis existant partes. Cor namque omne similem cordi omni functionem obit, et thorax thoraci, et pulmo pulmoni; renes autem et vesica neque horum alicui similem, neque jecinori et ventriculo. Quapropter neque musculi eandem cum corde functionem habent, quoniam neque substantiam. Certe, siquis cor et musculum quemlibet pariter coctum utrumque gustare voluerit, haud mediocrem ipsorum gustu differentiam deprehendet, quemadmodum si lienem, vel renes vel pulmonem, vel ventriculum, vel jecur et linguam, vel aliam quampiam partem gustaverit. Omnia enim, ut tactu et

ρότητι, καὶ μαλακότητι, καὶ πυκνότητι, καὶ ταῖς κατὰ χρόαν διαφοραῖς, οὕτω δὲ καὶ τῇ γεύσει διαφέρει. ὅσοι δὲ διὰ τοῦτό φασι τὴν καρδίαν οὐκ ἔχειν τοῖς μυσὶ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν, ὅτι νεύρων οὐ μετέσχηκε κινητικῶν, ἀλλ', ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, αἰσθητικῶν, ἀθρόα πολλὰ κατὰ τὸν λόγον ἁμαρτάνουσι· πρῶτον μὲν ἐν αὐτῇ τῇ τῆς οὐσίας ἀγνοίᾳ· [155] καὶ γὰρ σκληροτέρα μυὸς παντὸς ἡ καρδία, καὶ τῇ τῶν ἰνῶν ποικιλίᾳ διαφέρει σαφῶς, ὥσπερ γε καὶ τῇ χρόᾳ, καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἔτι δὴ καὶ μᾶλλον τῇ γεύσει· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μέγιστόν ἐστι γνώρισμα διαφορᾶς οὐσιῶν. ἀλλά μοι δοκοῦσιν οὐδέποτε καρδίας ἑψημένης φαγεῖν, ἢ πάντως ἔγνωσαν ἄν, ὁπόσον διαλλάττει τῶν σαρκῶν, εἰ μὴ ἄρα ἀγνοοῦσι καὶ ταῦτα, ὡς αἱ σάρκες ἅπασαι μυῶν εἰσι μόρια. ταῦτα μὲν οὖν ἁμαρτάνουσι περὶ τὴν τῆς καρδίας οὐσίαν αἰσθήσει διδαχθῆναι δυνάμενοι. καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἄλλα ἁμαρτάνουσι περὶ τὴν τῶν νεύρων φύσιν, καὶ νομίζουσι τὸν ἐγκέφαλον ὅμοιον αὐτοῖς κατὰ πάνθ' ὑπάρχοντα τὰ μέρη, πλὴν ὅσον ἔνια μὲν αὐτῶν εἰσι μᾶλλον, ἔνια δ' ἧττον

visu duritie et mollitie, densitate et coloris differentiis, ita vero et gustu evariant. Qui vero propterea cor non eandem cum musculis functionem habere dicunt, quod nervorum moventium compos non sit, verum (ut illi arbitrantur) sensoriorum, multa simul in oratione delinquunt; primum sane in ipsa substantiae inscitia; etenim cor quovis musculo durius est, et fibrarum varietate, sicut et colore, palam discrepat; ad haec multo adhuc magis gustu etiam, nam et hoc maxima substantiarum differentiae nota est. Sed mihi videntur nunquam cor elixum esitasse; alioqui certe novissent, quantum a carnibus evariet; nisi forte et haec quoque ignorant, puta carnes universas musculorum esse particulas. Haec itaque in cordis substantia delinquunt, quae ipso sensu potest innotescere. Praeter haec omnia alios in nervorum natura errores committunt, quod cerebrum sibi universis ex partibus simile arbitrentur, nisi quod molles nonnulli ipsorum magis, alii minus existant.

μαλακά. διὰ μὲν ἑτέρων νεύρων αἰσθητὴν δύναμιν ἐπιπέμπει τοῖς κάτω τῆς κεφαλῆς, δι᾿ ἄλλων δὲ κίνησιν καθ᾿ ὁρμήν. ἅπαντα μὲν γὰρ εὔλογον ἔχειν τὰ νεῦρα τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας, ἐπιτηδειότερα δέ εἰσι πρὸς μὲν τὴν αἴσθησιν τὰ μαλακὰ, πρὸς δὲ τὴν κίνησιν τὰ σκληρά. φαίνεται γὰρ ἐκ τῆς αὐτῆς ῥίζης εἰς πλείω σχισθείσης ἔνια μὲν τῶν νεύρων εἰς μῦς, ἔνια δ᾿ εἰς ἄλλα καταφυόμενα μόρια, καθάπερ ἐπί τε τῆς τρίτης ἔχει συζυγίας αὐτῶν, καὶ τῆς ἕκτης οὐδὲν ἧττον, ἀφ᾿ ἧς ἡ καρδία λαμβάνει μικρόν τι νεῦρον· ἀπὸ ταύτης γὰρ οὐ μόνον ἡ καρδία, καὶ πνεύμων, ἧπάρ τε καὶ γαστὴρ, ἔτι τε τὸ μεσεντέριον ἅπαν ἅμα τοῖς ἐντέροις, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῦ λάρυγγος μύες ἅπαντες ἄλλοι τέ τινες ἀποβλαστήματα λαμβάνουσιν. ἀλλ᾿ οὔτε τι βλέπουσιν οἱ τὴν καρδίαν εἰπόντες εἶναι μῦν, οὔθ᾿ ὅτι νεύρων ἀπορήσασα, καθάπερ αὐτοὶ νομίζουσι, κινητικῶν ἐστέρητο μὲν ἂν διὰ τοῦτο τῆς καθ᾿ ὁρμὴν κινήσεως, οὐ μὴν τήν γε διὰ τῶν σφυγμῶν ἐπεκτήσατο. χρὴ μὲν γὰρ δήπου καὶ ταύτης τῆς ἐνεργείας εἶναί τινα αἰτίαν. ἤτοι δὲ ἐκ τῆς τῶν νεύρων οὐσίας αὐτὴν χορηγεῖσθαι λεκτέον

Per alios ſane nervos vim ſenſoriam partibus infra caput ſitis transmittit; per alios autem omnem motum arbitrarium. Omnes autem nervos utramque habere facultatem ratio eſt; verum molles ad ſenſum aptiores, duri ad motum exiſtunt. Nam ab eadem radice in plures diſciſſa apparent quidam nervi in muſculos, alii in alias partes inſeri; quemadmodum et in tertia ipſorum conjugatione et ſexta nihilominus habere novimus, a qua cor exilem quendam nervum accipit; ab hac enim non modo cor, pulmo, jecur, ventriculus et meſenterium inſuper totum una cum inteſtinis, ſed etiam univerſi laryngis muſculi ac alii quidam propagines recipiunt. Sed nihil intelligunt, qui cor muſculum eſſe dicunt; neque quoniam nervis (ut ipſi autumant) motoriis caret, ideo quidem motu voluntario deſtitutum eſt, pulſatilem tamen acquiſivit; oportet enim aliquam et hujus functionis eſſe cauſam. Vel ſane ex nervorum ſubſtantia ipſam ſuppeditari dicent neceſſario

αὐτοῖς ἐστιν, ἢ σύμφυτον ὑπάρχειν ἐν τῷ σπλάγχνῳ. καὶ μὴν οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς τῶν νεύρων· ἅπαντά τε γὰρ ἂν αὐτῆς μετέσχεν, ὅσα καὶ τῶν νεύρων μετέσχηκε, διακοπέντων τε αὐτῶν οὐκ ἂν ἔσφυζεν ἡ καρδία· φαίνεται δ' οὐδέτερον γιγνόμενον. ὑπολείπεται γοῦν ἐξ αὐτοῦ τοῦ σώματος αὐτῆς ὁρμᾶσθαι τὴν σφυγμικὴν δύναμιν. οὐκ ἂν δ' ὡρμήθη τὴν αὐτὴν τοῖς καθ' ὅλον τὸ ζῶον μυσὶ φύσιν ἔχοντος τοῦ σπλάγχνου. ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ θώρακος ἐξαιρεθεῖσαν τὴν καρδίαν ἄχρι πολλοῦ φαίνεσθαι κινουμένην, οὐ σμικρὸν τεκμήριόν ἐστι τοῦ μηδὲν δεῖσθαι τῶν νεύρων αὐτὴν εἰς τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν. ταῦτά τε οὖν ἅπαντα δοκοῦσί μοι ἀγνοεῖν οἱ τὴν καρδίαν ὑπολαμβάνοντες εἶναι μῦν, οὐ νενοηκέναι τε τὴν ὑπεροχὴν τῆς κατὰ αὐτὴν ἐνεργείας, ὡς ἐξ ἰδιότητος οὐσίας ἀναγκαῖον ὑπάρχειν τῷ σπλάγχνῳ. μέγιστα μὲν οὖν ἡμαρτήκασιν οἱ νομίζοντες μῦν εἶναι τὴν καρδίαν· ἐλάττονα δὲ οἱ τὸν τῆς καρδίας στόμαχον ὑπολαβόντες ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἀκριβῶς εἶναι τοῖς μυσίν. ἐγγύτερον μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι τῆς οὐσίας αὐτῆς ὁ ἔξωθεν χιτὼν, ὁ τὰς ἐγκαρσίας ἔχων ἶνας· οὐ μὴν οὐδ' αὐτὸς ἀκριβὴς ὑπάρχει μῦς.

vel nativam visceri existere; atqui ex nervorum essentia non est, omnia namque ejus participarent, quibus et nervi communicantur, ac praecisis ipsis cordis pulsus cessaret; sed neutrum fieri conspicimus; quare superest vim pulsatilem ex ipsius cordis corpore oriri; non autem orietur, si viscus eandem cum totius corporis musculis naturam obtineret. At, quod cor thorace exemptum diu moveri videtur, haud mediocre argumentum est, ipsum nihil nervis ad suam functionem obeundam indigere. Horum igitur ignari nobis videntur, qui cor musculum esse existimant, non intelligentes, actionis ipsius excellentiam ex sua visceri substantia necessario inesse. Quapropter maxime errant, qui cor musculum esse censent; minus autem, qui ventriculi stomachum ex simili plane musculis substantia constare opinantur; propius enim ad substantiam ipsorum accedit tunica exterior transversis contexta fibris; nec tamen haec exactus musculus existit.

ἐχρῆν δ᾽, εἴπερ ἐκ τῶν νεύρων ἡ καρδία τὴν σφυγμικὴν ἐνέργειαν ἔσχε, καὶ τὸν στόμαχον τὴν αὐτὴν ἐσχηκέναι. νυνὶ δὲ συστελλόμενος μὲν ὁρᾶται, καταπινόντων καὶ αὖθις ἐμούντων, ὅπερ ὑπάρχει καὶ τῇ γαστρὶ καὶ τοῖς ἐντέροις· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα περιστέλλεται τοῖς ἔνδον αὐτῶν· οὐ μὴν τήν γε κατὰ τοὺς σφυγμοὺς ἔχει κίνησιν. ἐκεῖνο μὲν οὖν ἥμαρτον μεγάλως, μὴ γνόντες ὅλως ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν μυῶν τε καὶ καρδίας. ἐμοὶ δ᾽, ὅτι μὲν ἡ καρδία τῆς τε θυμοειδοῦς ἐστι δυνάμεως ἀρχὴ, τῆς τ᾽ ἐμφύτου θερμασίας οἷον πηγή τις, ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ὑπομνήμασι δέδεικται.

Κεφ. θ΄. [156] Νυνὶ δ᾽ ἐπὶ τὰ τῆς προκειμένης πραγματείας ἴδια μετέλθωμεν, ἀπὸ τῶν ὤτων ἀρξάμενοι τῆς καρδίας, ἃ καθ᾽ ὁμοιότητά τινα τοῖς κυρίως ὀνομαζομένοις ὠσὶν ἐκάλεσαν οἱ πρόσθεν. ὡς γὰρ ἐκεῖνα παραπέφυκεν ἑκατέρωθεν τῇ κεφαλῇ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ταῦτα τῇ καρδίᾳ, νευρωδέστερά τε καὶ δερματωδέστερα φαινόμενα σαφῶς αὐτοῦ τοῦ τῆς καρδίας σώματος· ἄχρι το-

Porro, si ex nervis cor pulsandi actionem haberet, et stomachum eandem obtinuisse conveniebat; nunc autem in deglutientibus iterumque evomentibus contrahi videtur, (quod et ventriculo et intestinis accidit, quandoquidem et haec ad ea, quae ipsis insunt, contrahuntur,) non tamen pulsatilem motum edit. In illo igitur hallucinati sunt insigniter, ut qui nescirent omnino tum musculorum tum cordis munus et facultatem. Mihi vero, quod irascibilis facultatis cor sit initium, et nativi caloris veluti fons quidam, in commentariis de Hippocratis et Platonis placitis demonstratum est.

Cap. IX. Nunc autem ad propositi operis peculiaria digrediamur ab auribus cordis auspicati: quas ad similitudinem quandam aurium proprie dictarum majores vocaverunt. Ut enim illae capiti utrinque annexae sunt, ita et hae cordi, et nervosiores ac magis cuticulares ipso cordis corpore manifesto apparent; hactenus enim ideam

σαύτου γὰρ ὑπογράψαι λόγῳ τὴν ἰδέαν αὐτῶν ἐγχωρεῖ. βέλτιον δ', ὡς ἔφην, ὄψει καὶ ἁφῇ τὰ τοιαῦτα ἐπιτρέπειν, αἷς μόναις ἐστὶ διαγνῶναι χρόαν τε καὶ σύστασιν σώματος. ἔστι δέ πως ταῦτα τὰ μόρια καὶ τῇ χρόᾳ μελάντερα, καὶ σαφῶς ἐπιφύσεσι δερματώδεσιν ἔοικεν, ἕνεκα τοῦ κοιλίαν τινὰ πρὸ τῆς καρδίας ἐργάσασθαι. δι' αὐτὸ τοῦτο γοῦν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγένετο καὶ κοῖλα καὶ δερματώδη· κοῖλα μὲν, ὥστε γεννῆσαι κοιλίας, δερματώδη δ', ὅπως ἑτοίμως ἕποιτο ταῖς κινήσεσι τῆς καρδίας, ὡς ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων λέλεκται. δύο δὲ ταῦτά εἰσιν, ἓν καθ' ἑκάτερον τῶν εἰσαγόντων ἀγγείων τὰς ὕλας, ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι κατὰ τὴν τῆς φλεβὸς ἔμφυσιν εἰς τὴν ἐνταῦθα κοιλίαν τῆς καρδίας, ἐν δὲ τοῖς ἀριστεροῖς κατὰ τὴν τῆς ἀρτηρίας τῆς φλεβώδους. ἀναπτύξαντος δέ σου ταυτὶ τὰ ὦτα, τότε τὸ σῶμα τῆς καρδίας αὐτὸ φανεῖται, καὶ τῶν εἰρημένων στομάτων ἑκάτερον, εἶθ' ὑμένες οἱ κατὰ τὴν ἔμφυσιν ἐπικείμενοι, τρεῖς μὲν ἐπὶ τῆς δεξιᾶς κοιλίας, δύο δ' ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς, ὧν τὸ σχῆμα τῆς συνθέσεως ἔοικε ταῖς τῶν

ipſarum deſcripſeris; quanquam ſatius (ut dixi) foret talia viſui tactuique committere, quibus ſolis colorem ſubſtantiamque corporis eſt diſcernere. Porro hae particulae et colore nigriores ſunt, et appendicibus cuticularibus manifeſto ſimiles, ſinus cujusdam ante cor efficiundi gratia, ob quam rem ipſas natura et concavas et cuticulares condidit; concavas quidem, ut ſinus producerent, cuticulares autem, ut cordis motum prompte ſequerentur, quemadmodum in libris de uſu partium declaratum eſt. Duae vero hae ſunt, in utroque vaſorum materiam invehentium ſingulae; in dextra quidem parte, qua vena in cordis ſinum inibi inſeritur, in ſiniſteriore vero, qua arteria venoſa. Has aures cum aperueris, tum ipſum cordis corpus in conſpectu erit, tum ex dictis orificiis utrumque; deinde membranae inſertioni ipſorum incumbentes, tres quidem in ſinu dextro, duae vero in ſiniſtro; quarum ſtructurae figura ſimilis telorum cuſpidi eſt,

βελῶν γλωχῖσι. ταῦτά τοι καὶ τριγλώχινας αὐτὰς ὠνόμασαν ἔνιοι τῶν ἀνατομικῶν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔνεστί σοι κἀπὶ τῆς ἐξῃρημένης τοῦ θώρακος καρδίας ἀκριβῶς ἐπισκέψασθαι, καθάπερ γε καὶ τὰ λοιπὰ δύο στόματα τῶν ἐξαγόντων τὰς ὕλας ἀγγείων, ἐκ μὲν τῆς δεξιᾶς κοιλίας εἰς τὸν πνεύμονα τὸ τῆς ἀρτηριώδους φλεβὸς, ἐκ δὲ τῆς ἀριστερᾶς εἰς ὅλον τοῦ ζώου τὸ σῶμα τὸ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας. ἐφ᾽ ὧν αὖ πάλιν ἑκατέρωθεν θεάσῃ τρεῖς ὑμένας σιγμοειδεῖς τὸ σχῆμα, νεύοντας ἔξω τῆς καρδίας, ὥσπερ οἱ τριγλώχινες εἴσω. πρὶν δ᾽ ἐξῃρῆσθαι τοῦ ζώου τὴν καρδίαν, τά τ᾽ ἀποβλαστήματα τῆς κοίλης ἐπίσκεψαι πάντα, περὶ ὧν αὖθις εἰρήσεται κατὰ τὴν τῶν ἀγγείων ἀνατομὴν, τόν τ᾽ ἀδένα τὸν μέγαν, ᾧ θυμὸς ὄνομα, τήν τε ῥίζαν τοῦ χιτῶνος τῆς καρδίας. ἐπίσκεψαι δὲ καὶ ὅπως ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ δεξιὸν οὔσης κοιλότητος ἥκει τις φλὲψ ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ἀναβαίνουσα τῷ πέμπτῳ τοῦ μεταφρένου σπονδύλῳ, καὶ ὡς ἡ φλὲψ αὕτη παραγίγνεται μὲν ἀεὶ πρὸς τοῦτο τὸ χωρίον ἐπὶ πάντων τῶν ζώων, ἐν οἷς ἐῤῥέθη γυμνάζεσθαί σε κατὰ

ideoque et trifulcas (triglochinas) nonnulli anatomicorum ipfas nominarunt. Sed haec quidem et corde thoraci exempto accurate licet intueri, ficut etiam reliqua duo orificia vaforum, quae materias educunt, ex dextro quidem ventriculo in pulmonem venae arteriofae, ex finiftro autem in totum animantis corpus grandis arteriae; in quibus iterum tres utrinque membranas ad C literae fimilitudinem factas confpicies, extra cor tendentes, velnti trifulcas intro. Priusquam vero cor ex animante auferas, cavae venae ramos omnino confidera, de quibus iterum in vaforum diffectione dicemus; ad haec glandium magnum, cui thymus nomen, item cordis panniculi radicem. Infuper examina, quo modo a dextro finu vena quaedam ad fpinam pertendat, quintam dorfi vertebram confcendens; praeterea quod eadem vena ad hunc perpetuo locum in omnibus animantibus porrigatur, in quorum diffectionibus te exercitari confuluimus;

τὰς ἀνατομάς· οὐ μὴν ἐπὶ πάντων γ᾽ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ τῆς καρδίας ὠτὸς, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐνίων, ἐπειδὰν ἡ κοίλη φλὲψ παρέλθῃ τοῦτο, πρὸς τὴν σφαγὴν ἀναφέρεται. τούτων τῶν ζώων εἰσὶ καὶ οἱ πίθηκοι.

Κεφ. ι΄. [157] Τὰ μέντοι τὴν καρδίαν αὐτὴν τρέφοντα διαπαντὸς ἐπὶ πάντων τῶν ζώων ἐκ τῆς κοι(180)λότητος ἐκείνης ὁρμᾶται· καὶ καλοῦσιν αὐτὰ περιστρέφοντα τὴν καρδίαν, ἐπειδὴ περιέρχεται πᾶσαν αὐτὴν ὄντα δύο, καθάπερ γε κἀκ τῶν ἀριστερῶν μερῶν εἰς αὐτὸ τῆς καρδίας τὸ σῶμα δύο καθήκουσιν ἀρτηρίαι, τῆς μεγάλης ἀποβλαστάνουσαι μετὰ τὴν πρώτην ἔκφυσιν ἐξωτέρω τῶν ὑμένων. ἅπερ, ὡς ἔφην, ἄμεινον ἐξῃρημένης τοῦ ζώου τῆς καρδίας ἐπισκέπτεσθαι, καὶ μᾶλλον ἐπὶ μεγάλου ζώου· πᾶσι μὲν γὰρ ὡσαύτως ὑπάρχει, μηδεμιᾶς διὰ μέγεθος ἐν αὐτοῖς γιγνομένης διαφορᾶς, ὡς Ἀριστοτέλης οἴεται. σαφεστέρα δ᾽ ἡ θέα κατὰ τὰς μεγάλας ἐστὶ καρδίας. καὶ γὰρ οὖν καὶ τὸ κατ᾽ αὐτὴν ὀστοῦν, ὃ τοῖς μεγάλοις ζώοις ὑπάρχειν νομίζουσι, καὶ τούτοις οὐ πᾶσιν, ἐν πᾶσι μέν ἐστι καὶ τοῖς ἄλλοις, οὐ μὴν ὀστοῦν πᾶσί γε ἀκριβῶς, ἀλλὰ χόνδρος.

non tamen in omnibus a dextra cordis auricula, ſed in quibusdam cum vena cava hanc permeans ad jugulum attollitur. His animantibus et ſimiae annumerantur.

Cap. X. Quae vero cor ipſum enutriunt vaſa, perpetuo in omnibus animantibus ex ſinu illo prodeunt; ac vocant ea cor involventia, quoniam bina numero totum ipſum circumreptant, quemadmodum a laeva parte duae arteriae, majoris ſoboles, poſt primum extra membranas exortum in ipſum cordis corpus perveniunt. Quae, ut retuli, melius corde animali exempto inſpiciuntur, ac magis in animali grandiore; omnibus enim ſimiliter ineſt, quum nulla ob magnitudinem in ipſis ſit differentia, ut Ariſtoteles autumat; ſed clarior in magnis cordibus eſt ſpeculatio, quoniam et ipſius os, quod magnis ineſſe animalibus arbitrantur, atque his non omnibus, etiam aliis omnibus ineſt, haud tamen os univerſis exactum,

ἔχει γὰρ ὧδε τὸ σύμπαν ἅπασι τοῖς ζώοις· οἵ θ' ὑμένες, οὓς ὀνομάζεσθαι τριγλώχινας ἔφην, ἥ τε τῶν ἀρτηριωδῶν ἀγγείων ῥίζα πρὸς οὐσίαν ἤρτηται, σκληρὰν μὲν πάντως, οὐ μὴν ἐν ἅπασί γ' ὁμοίως σκληράν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς μικροῖς ἀτρέμα χονδρώδης ἐστίν· ἐν δὲ τοῖς μείζοσιν ἀκριβὴς χόνδρος· ἐν δὲ τοῖς ἱκανῶς μεγάλοις χόνδρος ὀστώδης. καὶ ὅσῳ γ' ἂν ᾖ τὸ τοῦ ζώου γένος ἀξιολογώτερον τῷ μεγέθει, τοσούτῳ πλέον ὀστώδους οὐσίας ὁ χόνδρος ἐπικέκτηται. καὶ κατά γε τὰ μέγιστα, ὅπου τὸ πλέον αὐτοῦ τῆς ὀστώδους οὐσίας γίγνεται, προσήκει καλεῖν αὐτὸν τηνικαῦτα χονδρῶδες ὀστοῦν, οὐ χόνδρον ὀστώδη. ὃ περιφύεται γὰρ ἐπὶ τούτων τῶν ζώων, οὐδὲ χόνδρος ἔτι ἀκριβῶς ἐστιν, ἀλλὰ νευροχονδρῶδες σῶμα. θαυμαστὸν δ' οὐδὲν ἐπὶ τῶν μικρῶν ζώων ἀγνοεῖσθαι τελέως αὐτὸ τοῖς ἀγυμνάστοις περὶ τὰς ἀνατομὰς, ὅπου γε καὶ κατὰ τὰ μείζω λανθάνει πολλάκις αὐτούς. καὶ τί λέγω τὰ μείζω; μεγίστου γοῦν ἐλέφαντος ἔναγχος ἐν Ῥώμῃ σφαγέντος, ἠθροίσθησαν μὲν ἐπὶ τὴν ἀνατομὴν αὐτοῦ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἕνεκα τοῦ γνῶναι,

ſed cartilago. Sic enim in totum ſe habet in cunctis animantibus; et membranae, quas triſulcas diximus appellari, et arterialium vaſorum radix ſubſtantiae durae omnino appenſa eſt, ſed non in omnibus aeque durae, quoniam in minutis leviter cartilaginoſa eſt, in grandioribus exacta cartilago, in valde grandibus cartilago oſſea; et quanto animantis genus corporis mole vaſtius fuerit, tanto plus oſſeae ſubſtantiae cartilago ſortita eſt. Et in maximis, ubi plus oſſeae ſubſtantiae gignitur, convenit ipſam tunc appellare os cartilagineum, non cartilaginem oſſeam; quod enim in his animalibus producitur, non cartilaginis adhuc exactae naturam, ſed nervocartilagineum corpus. Nullum vero miraculum eſt, in minutis ipſum animantibus diſſectionum rudes penitus ignorare, quum in grandioribus frequenter ipſos lateat. At quid dico in grandioribus? Nuper elephante maximo Romae jugulato, plerique medici ad ipſius diſſectionem convenerant diſcendi gratia, duosne cor haberet verti-

πότερον ἔχει δύο κορυφὰς ἢ μίαν ἡ καρδία, καὶ δύο κοιλίας ἢ τρεῖς. ἐγὼ δὲ καὶ πρὸ τῆς ἀνατομῆς αὐτοῦ διετεινόμην, εὑρεθήσεσθαι τὴν αὐτὴν κατασκευὴν τῆς καρδίας ταῖς ἄλλαις πάσαις τῶν ἐξ ἀέρος ἀναπνεόντων ζώων· ὅπερ ἐφάνη καὶ διαιρεθείσης. εὗρον δὲ ῥᾳδίως καὶ τὸ κατ' αὐτὴν ὀστοῦν, ἅμα τοῖς ἑταίροις ἐπιβαλὼν τοὺς δακτύλους. οἱ δ' ἀγύμναστοι μὲν, ἐλπίζοντες δὲ εὑρίσκειν, ὡς ἐν μεγάλῳ ζώῳ, τὸ μὴ φαινόμενον ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὑπέλαβον οὐδὲ τὴν ἐλέφαντος καρδίαν ἔχειν ὀστοῦν. ἐγὼ δ' ἐμέλλησα μὲν αὐτοῖς δεικνύειν, τῶν δ' ἑταίρων γελώντων ἐφ' οἷς ἑώρων ἀναισθήτους ἐκείνους διὰ τὴν ἄγνοιαν τοῦ τόπου, παρακαλεσάντων δὲ μὴ δεικνύειν, ἐπίσχον τὴν δεῖξιν. ἀρθείσης μέντοι τῆς καρδίας ὑπὸ τῶν τοῦ Καίσαρος μαγείρων, ἔπεμψά τινα τῶν γεγυμνασμένων ἑταίρων περὶ τὰ τοιαῦτα παρακαλέσοντα τοὺς μαγείρους ἐπιτρέψαι τὸ κατ' αὐτὴν ὀστοῦν ἐξελεῖν· καὶ οὕτως ἐγένετο. καὶ παρ' ἡμῖν ἐστὶ νῦν, οὐ σμικρὸν μὲν ὑπάρχον τῷ μεγέθει, θαυμαστὴν δὲ παρέχον ἀπιστίαν τοῖς ὁρῶσιν, εἰ τηλικοῦτον ὀστοῦν ἐλάν-

ces, an unum, et ventriculosne duos, an tres. Ego autem et ante ipsius dissectionem asserebam, eandem cordis structuram cum aliis omnibus animalium aërem spirantium inventum iri; quae etiam ipso diviso apparuerunt. Item os ipsius sine negotio reperi una cum familiaribus digitos admolitus; at inexercitati sperantes id, quod in aliis animantibus apparet, ita in magno se inventuros, ne elephanti quidem cor os habere putabant. Ego autem ostensurus ipsis eram, nisi familiares risissent, quod attonitos illos ac sensus expertes propter loci ignorantiam conspicerent; et, quum adhortarentur, ne indicarem, subticui. Corde vero a Caesaris coquis exempto, misi aliquem ex familiaribus in hujusmodi exercitatis rogatum coquos, ut os ipsius eximi sinerent; atque sic factum est. Servatur idem apud nos etiam hodie, eximiae adeo magnitudinis, ut ab iis, qui intuentur, nullo modo credi queat, tantum os medicos latuisse. Ita

θανε τοὺς ἰατρούς. οὕτως ἄρα καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων λανθάνει τοὺς ἀγυμνάστους. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ἄλλα τε πολλὰ κατὰ τὰς ἀνατομὰς Ἀριστοτέλη διαμαρτεῖν, καὶ ἡγεῖσθαι, τρεῖς ἔχειν κοιλίας ἐπὶ τῶν μεγάλων ζώων τὴν καρδίαν. [158] ὅτι μὲν οὖν ἀγύμναστος ὢν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς ἐσφάλη περὶ τὴν τῶν μορίων εὕρεσιν, οὔτε θαυμάζειν χρὴ, καὶ συγγινώσκειν αὐτῷ προσήκει. ὅπου γὰρ οἱ τὸν ὅλον ἑαυτῶν βίον ἀναθέντες τῇ θεωρίᾳ ταύτῃ, καθάπερ ὁ Μαρῖνος, ἥμαρτον πολλὰ, τί χρὴ νομίζειν συμβαίνειν τοῖς ἐξαίφνης μὲν ἐπ᾽ αὐτὴν ἐλθοῦσι, πεισθεῖσι δ᾽, οἷς πρῶτον οὐκ εἶδον, ὡς μηκέτι ἐπιχειρῆσαι δεύτερον ἰδεῖν; ἐγὼ γοῦν ἐπόμνυμι τοὺς θεοὺς πάντας, ὡς πολλὰ τῶν ἔμπροσθεν οὐδ᾽ ὅλως ἑωραμένων μοι κατεῖδόν ποθ᾽ ὕστερον. καὶ τοιοῦτ᾽ ἔστι τὸ κατὰ τὴν καρδίαν ὀστοῦν, ὃ μήθ᾽ ὅπου ὑπόκειται, μήτ᾽ εἰ πᾶσι τοῖς ζώοις ἐστὶ, παρὰ τῶν διδασκάλων ἀκούσας, ἐπεχείρησα μὲν αὐτὸς ἐξευρεῖν, εἰς μικρὰ μόρια κατατέμνων τὸ σπλάγχνον· ἀσφαλέστατος γὰρ οὗτος ὁ

sane et maximae in animantibus partes inexercitatis ignorantur. Ac miri nihil est, si etiam in aliis multis (quod ad anatomen spectat) Aristoteles erraverit, qui triplicem sinum cor habere in magnis animalibus existimat. Quod igitur in dissectionibus non exercitatus circa partium inventionem errorem commiserit, neque mirandum est, et condonare homini convenit. Ubi enim, qui totam suam vitam huic speculationi dedicarunt, quemadmodum Marinus, in plerisque falsi sunt, quid existimandum est iis accidere, qui repente, ceu heri aut nudiustertius, ipsam audierint, persuasi ea, quae prius non viderunt, ita ut denuo inspicere non aggrediantur? Ego itaque deos omnes juro, multa, quae prius nequaquam mihi erant visa, deinde aliquando me animadvertisse; atque inter haec cordis os existit, quod neque ubi subditum sit, neque an omnibus insit animantibus, a praeceptoribus edoctus, non dubitavi ipsum invenire, viscere in minutas partes conciso; haec siquidem tutissima inquirendi ratio

Ed. Chart. IV. [158.] Ed. Baf. I. (180.)

τρόπος ἐδόκει μοι τῆς ζητήσεως ὑπάρχειν. ἐπεὶ δ' ἅπαξ εὗρον ἀνηρτημένας εἰς αὐτὸ τῶν θ' ὑμένων τὰς ῥίζας καὶ τῶν ἀρτηριωδῶν ἀγγείων τὰς ἐκφύσεις, πρῶτον μὲν ἐπείσθην, ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐν ἅπασι τοῖς ζώοις τὴν τεχνικὴν φύσιν ἐστοχάσθαι τούτου τοῦ σκοποῦ· μετὰ δὲ τοῦτο καὶ δι' αὐτῆς τῆς πείρας ἐπείσθην, ἀκολουθῶν ταῖς πρώταις ἐκφύσεσι τῶν εἰρημένων μορίων. ὑπὸ δὲ λοιπῆς τῆς περὶ ταῦτα τριβῆς ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ πάσης τῆς προκομισθείσης καρδίας ἐξεῦρον αὐτὸ ῥᾳδίως, καὶ τῶν ἑταίρων δ' οὐκ ὀλίγοι τάχιστα εὑρίσκουσι τὴν χώραν τῆς θέσεως τοῦ τῆς καρδίας ὀστοῦ. καὶ ὅστις οὐκ εἶδεν ἡμᾶς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ γε προδιδαχθεὶς ἐπὶ τὴν ἀνατομὴν ἦλθε, γυμνώσας μὲν τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν, ἀναπτύξας δὲ κατὰ μῆκος ὅλην τὴν ἔκφυσιν τῆς ἀορτῆς, εἴ γε τούτων γενομένων ἀκολουθεῖ φιλοπόνως ταῖς ῥίζαις τῆς τε ἀορτῆς καὶ τῶν ὑμένων, εὑρήσει ῥᾳδίως αὐτό· καὶ γὰρ ταύτης ἡ ῥίζα καὶ τῆς ἀρτηριώδους φλεβὸς, ἔτι δὲ τῶν ἐν αὐταῖς ὑμένων ἐν τῷ τῆς καρδίας ἐστὶν ὀστῷ. ταῦτά τε οὖν, ὡς ἔφην,

videbatur. Postquam vero semel offendi suspensas ibidem membranarum radices et arterialium vasorum exortus, primum equidem animum induxi, necesse esse in omnibus animantibus naturam artificiosam hunc scopum conjectatam fuisse; deinde per ipsam quoque experientiam factus certior, primos partium dictarum exortus sequebar. Procedente autem tempore, quum hisce in rebus versarer, momento, omni corde proposito, ipsum citra negotium reperi, et familiarium haud pauci situs ossis in corde regionem quam promptissime inveniunt. At, qui me administrantem non vidit, sed libris edoctus ad dissectionem accedit, detecto quidem sinistro sinu, aperto autem in longum toto aortae processu, his, inquam, rite factis, si studiose radices aortae sequatur et membranarum, ex facili ipsum reperiet; etenim hujus radix et venae arteriosae, insuper membranarum, quae sunt in ipsis, in cordis osse habetur. Haec igitur omnia, ut

ἅπαντα δυνατὸν ἐξῃρημένης τοῦ ζώου τῆς καρδίας ἐπισκέπτεσθαι, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τοὺς οἷον βοθύνους, ἐν ἑκατέρᾳ τῶν κοιλιῶν ἐπὶ πλεῖστον βάθος προήκοντας. ἐὰν δὲ ἐπὶ προσφάτου τοῦ ζώου φιλοπόνως ἀνατέμνῃς, εὑρήσεις ἀκριβῶς. ἔνεστι δὲ καὶ τὰ περιστρέφοντα τὴν καρδίαν ἀγγεῖα θεάσασθαι κατασχιζόμενα πολυειδῶς εἰς αὐτὴν, ἀλλήλοις μὲν παρακείμενα, τὴν δ᾽ οἷον ὁδοιπορίαν ἅπασαν ἴσχοντα κατὰ τὰς συμβολὰς τῶν κοιλιῶν.

Κεφ. ια΄. Ὄψει δὲ δήπου, γυμνώσας ὅλην τὴν καρδίαν, τὴν μὲν ἀριστερὰν κοιλίαν αὐτῆς ἀνήκουσαν ἐπ᾽ ἄκραν τὴν κορυφὴν, τὴν δεξιὰν δὲ πολὺ κατωτέρω παυομένην, καὶ περιγραφὴν δὲ πολλάκις ἰδίαν ἔχουσαν, ἐπὶ μὲν τῶν μεγάλων ζώων μᾶλλον, οἷον ἵππων τε καὶ βοῶν καὶ καμήλων, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐλεφάντων, ἔστιν ὅτε μὴν κἀπὶ τῶν μικρῶν. ἀλεκτρυόνα γοῦν τις θύων θεοῖς εὗρε δύο κορυφὰς ἔχουσαν τὴν καρδίαν, εἶθ᾽ ἡγησάμενος οἰώνισμα γεγονέναι τοῦτο τοὺς περὶ ταῦτα δεινοὺς ἀνεζήτησε. κατὰ τύχην δὲ περιπεσὼν ἐμοὶ δύο καρδίας εὑρηκέναι καθ᾽ ἓν

dixi, extracto animantis corde inſpici poſſunt; ac praeterea veluti foveae in utroque ſinu penitius procedentes; quod ſi recenti in animali diligenter ſectionem moliaris, exacte comperies. Quin etiam licet vaſa cor involventia cernere numeroſa ramorum ſerie invicem juncta in id diffundi, totum autem veluti iter occupare, qua ſinus committuntur.

Cap. XI. At toto corde nudato, videbis profecto, ſiniſteriorem ipſius ventriculum ad ſummum verticem aſcendere, dextrum inferius multo ceſſare et circumſcriptionem ſubinde propriam habere, idque magis in magnis animalibus, ut equis, bobus et camelis, multo magis in elephantis, nonnunquam vero in minutis etiam. Nam gallum quiſpiam diis ſacrificans cor invenit duobus faſtigiatum verticibus; deinde ratus, id eſſe augurium, hujus interpretes disquirebat. Caſu autem in me incidens duo in uno animante corda, cum diis ſacrificaret,

ζῶον ἔφη θύων τοῖς θεοῖς. ἀλλ' οὐ δύο ἦσαν, ὡς ᾤετο, κἂν τῆς δεξιᾶς ἡ κορυφὴ περιγραφὴν ἰδίαν εἶχεν. εὖ γὰρ εἰδέναι χρή σε, κἂν ἐλέφαντος ᾖ τι μεῖζον, ἢ κορυδαλοῦ μικρότερον, ἐξ ἀέρος ἀναπνέον, ὁμοίαν αὐτοῖς εἶναι τὴν κατασκευὴν τῆς καρδίας· ἄμεινον δ' οὐχ ὁμοίαν, [159] ἀλλὰ τὴν αὐτὴν κατ' εἶδος εἰπεῖν. ὁποία δέ τίς ἐστι τοῖς ἰχθύσιν ἡ καρδία, καὶ ὅλως ὅσα καθ' ὕδατος διαιτᾶται, προϊούσης τῆς πραγματείας εἰρήσεται· νῦν δὲ πρότερον ἐπὶ τῶν ἐξ ἀέρος ἀναπνεόντων ζώων ὁ λόγος ἐξεταζέσθω. τούτων οὖν ἁπάντων εὑρήσεις τὴν αὐτὴν κατασκευὴν τῆς καρδίας, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν τοῦ πνεύμονος, ὁποίαν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον. ἓν ἔτι μοι δοκεῖ λείπεσθαι τῶν κατ' αὐτά, ὃ κατὰ τὴν τῶν νεύρων ἀνατομὴν εἰρήσεται, περί τε τοῦ σπλάγχνου τοῦδε καὶ περὶ τῆς καρδίας. εἰρήσεται δὲ καὶ ὅτι τὰ τῆς καρδίας ὦτα τῶν κοιλιῶν αὐτῆς ἐκτός ἐστιν. εἰ δέ τις (181) αὐτὰ μέρη τοῦ σπλάγχνου θέμενος, ὥσπερ Ἡρόφιλος, ἐπὶ πλέον ἐξέτεινε τὸν ἀριθμὸν τῶν στομάτων, καὶ ταύτῃ δόξει διαφωνεῖν Ἐρασιστράτῳ τε καὶ ἡμῖν,

se inveniſſe dixit; atqui duo non erant, ut arbitrabatur, ſed dextri vertex circumſcriptionem peculiarem habebat. Nam ſciendum tibi probe eſt, animal vel elephante grandius, vel alauda minutius, quod aërem ſpiret, ſimilem cordis ſtructuram obtinere; praeſtat autem non ſimile dicere, ſed ſpecie eandem. Quale autem piſcibus, vel in totum iis, quae in aqua vivunt, cor inſit, procedenti commentario docebimus: in praeſentia autem prius de animalibus aërem ſpirantibus examen conſtituemus. Itaque horum omnium eandem cordis ſtructuram invenies, ſimiliter et pulmonis, qualem paulo ſuperius enarravi. Unum vero in ipſis reliquum adhuc eſſe videtur, quod in nervorum diſſectione explicabitur, tum de hoc viſcere, tum de corde. Ad haec cordis auriculas extra ventriculos ipſius conſiſtere dicemus; verum ſi quis auriculas partes ipſius cordis ponens, ſicut Herophilus, ampliorem orificiorum numerum producat, etiam hoc ab Eraliſtrati

ſpiritus aliquid ex pulmone in thoracem permeare. Porro veſicam mediocri donatam orificio antea praeparare convenit; deinde, cute coſtarum orbiculatim exciſa, ut ſectionis labri circulus veſicae orificio ſit aequalis, primum coſtae os excindere, uti retulimus, mox veſicam cum ulceris labro conſuere, ſubjicientem circulatim ipſum veſicae orificium, ut cutis ſit extrinſecus, poſtea foramina ab acu in eis facta illinere, per quae linum trajectum eſt, medicamine quodam emplaſtico ſeu glutinario, cujusmodi eſt quod parygron dicitur, vel ex liquidis ceratis aliquod. Maxime igitur ne ſenſibile quidem inter linum et cutem ſpatium accidit; verum, quod ſenſum effugit, cerato tutius eſt illinere, ne ex ambiente aëre ſpiritus quidam intro penetret, neque ab internis extra; deinde, perforata in fundo veſica, intro per foramen mittere ſcalpellum, quod manubrio-

Ed. Chart. IV. [185.] Ed. Baſ. I. (193.)

σμίλην, ἔχουσαν λαβίδα στρογγύλην, ὡς, περιβληθέντος ἔξωθεν τοῦ λίνου τῇ κύστει, σφιγχθῆναι περὶ τῇ λαβῇ τῆς σμίλης τὸν χιτῶνα τῆς κύστεως, ἕνεκα τοῦ μηδὲν αὐτῆς μεταξὺ μήτ' ἐκ τοῦ περιέχοντος εἰς τὴν κύστιν παρηθεῖσθαι, μήτ' ἐξ ἐκείνης ἔξω φέρεσθαι. διότι, ὡς ἔφαμεν, τῇ κηρωτῇ χρῆσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα τῇ σμίλῃ τέμνειν τὸν ὑπεζωκότα, καὶ θεωρεῖν, ὅπως ἐκκρίνεταί τι πνεῦμα διὰ τῆς τομῆς ἐκ τοῦ θώρακος εἰς τὴν κύστιν ἐν τῷ χρόνῳ τῆς ἐκπνοῆς. τοῦτο δ' αὐτὸ πάλιν ὄψει κατὰ τὸν τῆς εἰσπνοῆς χρόνον, ἡνίκα ὁ θώραξ διαστέλλεται διὰ τῆς τομῆς, ἔσω τοῦ θώρακος ἑλκόμενον, εἶτ' αὖθις ἐκπνέοντος εἰς τὴν κύστιν ἀφικνούμενον, εἶτ' ἐξ ἐκείνης αὖθις εἰς τὸν θώρακα. καὶ πλεῖον γιγνόμενον ὄψει καθ' ἑκάστην πνοὴν τὸ πνεῦμα, καὶ τελέως ὑπ' αὐτοῦ πληρουμένην τὴν κύστιν. ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῦτο τὸ φαινόμενον ἔνεστι διχῶς ἀντειπεῖν, ἤτοι παρηθεῖσθαί τι λέγοντα παρὰ τὸ λίνον ἀέρος, ἔξωθεν μὲν ἔσω πλείονος

lum rotundum habeat, ut lino veſicae extrinſecus circumpoſito circa ſcalpelli manubrium veſicae tunica ſtringatur, quo nihil inter ipſam vel ex aëre circumfluo in veſicam permeet, vel ex illa foras mittatur. Cuius rei cauſa cerato uti, quemadmodum diximus, conveniet, deinde membranam coſtas ſuccingentem ſcalpello incidere et ſpeculari, quo modo ſpiritus quidam per ſectionem ex thorace in veſicam expirationis tempore excernatur. Hunc autem ipſum rurſus inſpirationis tempore videbis, quum thorax attollitur, per ſectionem intra thoracem trahi; deinde rurſus, dum expirat *animal*, *in* veſicam pervenire; poſtea illinc rurſus ad thoracem; atque copioſiorem ſingulis ſpirationibus fieri ſpiritum contuebere, ac veſicam prorſus eo repleri. Verum ad hujus quoque rei evidentiam biſariam licet contradicas, vel averſeris, aëris copioſioris quippiam foris intro, dum fit inſpiratio, juxta linum penetrare, pauciorem vero ab

Ed. Chart. IV. [185.] Ed. Baf. I. (193.)

ἐν ταῖς εἰσπνοαῖς, ἐλάττονος δὲ ἔσωθεν ἔξω κατὰ τὰς ἐκπνοάς, ἢ καὶ τὸν περικείμενον ὑμένα τῷ πνεύμονι συνδιαιρεῖσθαι τῷ ὑπεζωκότι. τοῦτο μὲν οὖν οὕτως ἐνίοτε συμβαίνει. χαλεπὸν γὰρ, ἐζευγμένου τοῦ πνεύμονος ἀεὶ τῷ θώρακι, τὸ μὲν ἕτερον ὄργανον διατρῆσαι, τὸ δ' ἕτερον αὐτῶν ἄτρητον φυλάξαι. καὶ φωράσεις αὐτὸ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ζώου γυμνώσας τὸν πνεύμονα. περὶ δὲ τοῦ παρηθεῖσθαί τι μεταξὺ τοῦ λίνου τε καὶ τοῦ δέρματος εἰς τὴν κύστιν ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος, ἐριστικὴν μὲν ἔχει τὴν ἀμφισβήτησιν, ἐλέγχου δὲ δεῖται μακροτέρου. περιττὸν δὲ χρῆσθαι τοιούτοις, ἐξ ἑτέρων ἐναργῶς φαινομένων ἀποδεικνυμένου τοῦ πράγματος. οὐκ οὖν χρηστέον ὅλως εἰς ἀπόδειξιν τοῦ προκειμένου σκέμματος ἐγχειρήσεως τρόπῳ τοιούτῳ, τοῦ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένου σαφῶς ἐνδεικνυμένου, διηθεῖσθαί τι τοῦ πνεύμονος πνεῦμα. πάντως γὰρ τῶν ὁπωσοῦν τεθνεώτων ζώων, ἐάν θ', ὡς εἴρηται, πλευρὰν ἐκκόψῃς, ἐάν τε τὸ διάφραγμα γυμνώσῃς,

i erioribus foras, dum expiramus, vel etiam membranam pulmoni circumdatam cum ea, quae coftas cingit, dividi. Id igitur fic nonnunquam accidit. Difficile fiquidem eft pulmone thoraci femper contiguo alterum inftrumentum perforare, alterum ipforum integrum retinere; et id deprehendes poft mortem animantis pulmone nudato. Porro de aëris circumflui inter linum et cutem in veficam transitu difputatio contentionis plena eft, et pluribus verbis refutari defiderat. Verum fuperfluum eft talibus uti, quum res ex aliis evidenter apparentibus demonftretur. Quare ad propofitae fpeculationis demonftrationem tali adminiftrationis modo prorfus utendum non eft, quum paulo ante dictus manifefto innuat, fpiritum pulmones quempiam permeare. Omnino enim animalibus quomodocunque mortuis, five, ut dixi, cofta excifa, five diaphragmate nudato, pulmo a thorace diftare

ἀφεστὼς ὁ πνεύμων ὁρᾶται τοῦ θώρακος, οὐ δυναμένου τούτου γενέσθαι χωρὶς τοῦ διηθεῖσθαί τι πνεύματος ἐκ τοῦ πνεύμονος εἰς τὴν τοῦ θώρακος εὐρυχωρίαν.

videtur, quod fieri non poteſt, niſi etiam ſpiritus aliquid ex pulmone in amplam thoracis capacitatem pertranseat.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΑΤΟΜΙΚΩΝ ΕΓΧΕΙΡΗΣΕΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Ι.

Ed. Chart. IV. [186.] Ed. Baſ. I. (193.)

Κεφ. α΄. Ὡς δ᾽ ἂν τις κάλλιστα θεάσαιτο τὰ διὰ τῆς ἀνατομῆς ἐν ἐγκεφάλῳ τε καὶ νωτιαίῳ φαινόμενα, τεθνεῶτός τε καὶ ζῶντος ἔτι τοῦ ζώου, διὰ τοῦδε τοῦ λόγου δηλωθήσεται. τῆς ἀνατομῆς ἡ μὲν ἐπὶ τεθνεῶτος τοῦ ζώου γιγνομένη τήν τε θέσιν ἑκάστου τῶν μορίων διδάσκει, τόν τ᾽ ἀριθμὸν, καὶ τῆς οὐσίας τὴν ἰδιότητα, μέγεθός τε καὶ σχῆμα καὶ σύνθεσιν· ἡ δὲ ἐπὶ τῶν ζώντων ἐνίοτε μὲν ἄντικρυς αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν, ἐνίοτε δ᾽ εἰς τὴν ταύτης

GALENI DE ANATOMICIS ADMINISTRATIONIBVS

LIBER IX.

Cap. I. Quonam pacto ea, quae in cerebro et ſpinali medulla per diſſectionem apparent, optime queas intueri, tum mortuo, tum vivo adhuc animante, hoc libro indicabimus. In cadavere ſiquidem anatome celebrata cujusque partis ſitum, numerum, ſubſtantiae proprietatem, magnitudinem, figuram et compoſitionem edocet; in vivo autem diſſectio interdum functionem ipſam manifeſto oſtendit, interdum ad hujus inventionem ra-

εὕρεσιν λήμματα.ʹ πρόδηλον οὖν, ὡς ἡγεῖσθαι χρὴ τὴν ἐπὶ τεθνεῶτος τοῦ ζώου γιγνομένην ἀνατομὴν τῆς ἐπὶ ζῶντος. οὔσης δ' αὐτῆς διττῆς, ἐπειδὴ καὶ προσκειμένου τῷ παντὶ σώματι μορίου καὶ ἀφηρημένου δύναται γίγνεσθαι, ἡ προτέραν ἐγχείρησιν ἀνατομῆς ἐγκεφάλου διηγήσομαι τὴν ἐξηρημένων τῶν ὀστῶν τοῦ κρανίου γιγνομένην, σωζομένης ἐν κύκλῳ τῆς μήνιγγος· ἣν εἴτε παχεῖαν, ὥσπερ ἐγὼ νῦν εἶπον, εἴτε σκληρὰν, εἴτε δερματώδη καλεῖν ἐθέλεις, οὐ διοίσει· καθάπερ γε καὶ τὴν ἑτέραν τὴν ὑπ' αὐτῇ λεπτὴν καὶ μαλακὴν ὑμενώδη τε προσαγορεύων οὔτ' ὠφελήσεις τι τὴν ἀνατομικὴν θεωρίαν, οὔτε βλάψεις. ἐν γὰρ τῇ γνώσει τῆς φύσεως τῶν μορίων ἡ ὠφέλεια τοῖς ἀνατέμνουσιν, οὐκ ἐν ταῖς προσηγορίαις. ἕτοιμοι δὲ τοὐπίπαν ἐν ταῖς μεγάλαις πόλεσιν ἐγκέφαλοι βόειοι πιπράσκονται τῶν πλείστων τοῦ κρανίου μερῶν γυμνοί. [187] κἂν εἰ προσκεῖσθαί σοί ποτε δόξειεν ἐν τοῖς πλαγίοις μέρεσι πλείω τοῦ δέοντος ὀστᾶ, κελεύσεις τῷ πιπράσκοντι μαγείρῳ περιελεῖν αὐτά· μὴ παρόντος δ' ἐκείνου, πράξεις οὕτως αὐτὸς, ἐκ-

tiocinationes exhibet. Nulli igitur obfcurum eft oportere, ut mortui animantis diffectio eam praecedat, quae in vivo adminiftratur. Quum vero ipfa duplex exiftat (quoniam et parte toti corpori et adiacente, et ablata, fieri poteft), priorem cerebri anatomes adminiftrationem percenfebo, quae fit offibus calvariae exemptis, membrana, quae cerebrum in orbem contegit, inviolata; quam five craffam (quemadmodum ego nunc protuli), five duram, five cuticularem appellaffe malis, nihil intererit; quemadmodum, fi etiam alteram fub ea tenuem, mollem membraneamque nuncupes, nihil fpeculationem anatomicam vel juvabis, vel offendes. Etenim utilitas in naturae partium fcientia, non in appellationibus fita eft diffectoribus. Porro cerebra bubula in magnis civitatibus in totum parata venduntur, plurimis calvariae partibus nuda: et fi plura, quam oporteat, offa in lateribus adiacere aliquando putaveris, lanio vendenti jubebis ea adimere; qui fi non adfit, ipfe munus obeas,

κοπεῦσι τοῖς ἰσχυροῖς χρώμενος, ἢ τοῖς τῶν τεκτόνων σκεπάρνοις, ἅπερ ὁρᾶτε κἀμοὶ προπαρεσκευασμένα. πρὸ πάντων δ' ἐκ σιδήρου σκληροῦ κατεσκευάσθω τὰ τοιαῦτα· τὰ γὰρ ἐξ ἀσθενοῦς ἐπὶ πολλαῖς πληγαῖς ἀνύσει τι σμικρόν. ἡμεῖς δὲ πλήττεσθαι σφοδρῶς πολλάκις οὐ βουλόμεθα τὸ κρανίον· ἁπαλὸν γὰρ ὄντα τὸν ἐγκέφαλον αἱ τοιαῦται πληγαὶ σείουσι σφοδρῶς, διαλύουσί τε καὶ διασπῶσι. χρὴ δὲ οὐδὲν τούτων αὐτὸν πεπονθότα παρεσκευάσθαι πρὸς τὴν θέαν, ἕνεκα τοῦ πάσας μὲν τας τῶν νεύρων ἐκφύσεις ἀκριβῶς ὀφθῆναι, πάσας δ' ἀρτηρίας καὶ φλέβας τὰς κατ' αὐτὸν, ἔτι τε τὸ διάφραγμα τῶν προσθίων κοιλιῶν, καὶ τὰ περὶ τὴν καλουμένην πύελόν τε καὶ χώνην, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. παρασκευασθέντος οὖν ἐπιτηδείως τοῦ μορίου, θεάσῃ τὴν σκληρὰν μήνιγγα κατὰ τὸ μῆκος αὐτοῦ μέσον ἑαυτῆς πολὺ παχυτέραν φαινομένην, ἐγκαταβαίνουσάν τε μέχρι τινὸς οὕτω, καθ' ὃ μάλιστα μέρος ἐστὶν ἐν τῷ κρανίῳ τῶν ῥαφῶν ἡ μέση. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπὸ τῇ λαμβδοειδεῖ ῥαφῇ τὴν παχεῖαν μήνιγγα θεάσῃ, διπλουμέ-

valentibus utens excisoriis, aut fabrorum asciis, quas mihi quoque praeparatas conspexistis. Sed potius ex ferro duro hujusmodi conficientur; nam ex infirmiore fabricatae multis ictibus parum quid proficiunt. Quanquam vehementer feriri calvariam saepe nolumus; quippe hujusmodi ictus cerebrum natura tenerum valide concutiunt, dissolvunt divelluntque. Oportet autem ipsum ad speculationem parare nihil horum perpessum, ut omnes quidem nervorum exortus plane in conspectum veniant, nec non omnes arteriae et venae in ipso, item septum, quod anteriores ventriculos discernit; ad haec quae circa pyelon seu scyphonem aut insundibulum habentur, atque id genus alia. Itaque particula commode praeparata membranam duram inspicies juxta mediam ipsius longitudinem multo se ipsa crassiorem quam primum apparentem, atque ita aliquousque descendentem, qua potissimum parte calvariae suturarum media habetur. Pari modo sub sutura lambdoide crassam membranam

Ed. Chart. IV. [187.] Ed. Baf. I. (193. 194.)

νην τε ἅμα· καὶ μέχρι τινὸς ἐγκαταβαίνουσαν τῷ ἐγκεφάλῳ. φανοῦνται δέ σοι καὶ φλέβες ἀνήκουσαι δι᾽ αὐτοῦ ἑκατέρωθεν μία κατὰ τὰς πλευρὰς τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς. ἔνθα δ᾽ ἀλλήλαις εἰς ταὐτὸν ἥκουσιν αὗται, σχεδὸν μέν τι τοῦτο τὸ χωρίον ὑψηλότατον φαίνεται τῶν πέριξ· οὐκ ἴσον δ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῦ τό τε πρόσω καὶ τοὐπίσω τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλόν ἐστι μορίων, ἀλλὰ τὸ πρόσω παμπόλλῳ μεγέθει. ἐπὶ δὲ τὸ μετεωρότατον τοῦτο καὶ ἡ ἑτέρα διπλόη παραγίνεται τῆς παχείας μήνιγγος, ὥστε φαίνεσθαι τετραπλασίαν τῷ πάχει τῶν ἄλλων ἁπάντων μερῶν ἑαυτῆς, ὅσα γε περιλαμβάνει τὸν ἐγκέφαλον ἐν κύκλῳ. καὶ μέντοι καὶ φλὲψ ἄλλη τρίτη παρὰ τὰς εἰρημένας δύο κατὰ τὸ μῆκος ἐκ(194)τέταται πρόσω φερομένη. τί γὰρ ἂν ἄλλο τις ἢ φλέβα καλέσειε τὸ τοιοῦτον ἀγγεῖον, ἐν ᾧ φαίνεται περιεχόμενον αἷμα; ζῶντος μὲν οὖν τοῦ ζώου, γυμνωθέντος οὕτως τοῦ ἐγκεφάλου, καθάπερ ἐπὶ τῶν κάταγμα ἐχόντων εἰώθαμεν κατατιτρᾶν τὸ κρανίον, αἷμα θεάσῃ περιεχόμενον

duplici ftructam plexu, fimul et cerebrum aliquatenus ingredientem, infpicies. Venae porro per ipfam utrinque fingulae juxta futurae lambdoidis latera exurgentes tibi apparebunt. Ubi vero hae in idem mutuo convenerint, altiffimus is fere locus eft eorum, qui in orbem circumjacent; non autem aequalis ab eo tum prior tum pofterior cerebri pars exiftit, fed anterior multo major. Verum ad id, quod elatiffimum habetur, altera etiam craffae membranae duplicatio accedit, ut aliarum omnium ipfius partium, quae cerebrum orbiculatim comprehendunt, craffitie quadrupla effe appareat. Ad haec tertia quaedam alia vena, praeter duas praedictas ad longitudinem porrigitur, in anteriora excurrens; quid enim aliud, quam venam ejusmodi vas appellaveris, in quo fanguis contineri videtur? Vivo itaque animante cerebrum fi fuerit denudatum, quemadmodum in habentibus fracturam perforare calvariam confuevimus, fanguinem in enumeratis cavita-

ἐν ταῖς εἰρημέναις κοιλότησι, τεθνεῶτος δὲ, θρόμβον, αὐτὰς δὲ τὰς κοιλότητας οὐ τὸν τῆς φλεβὸς ἐχούσας χιτῶνα, συναναβαίνοντα διὰ τῶν ὀστῶν τῆς κεφαλῆς, ἀλλ' ὅταν πρῶτον αἱ φλέβες ἅψωνται τοῦ κρανίου, διπλουμένην τε κατὰ τοῦτο τὴν παχεῖαν μήνιγγα μετὰ τοῦ συριγγοῦσθαι τὴν ἔνδον χώραν εἰς ἴδιον ἀγγεῖον δεχομένην τὸ αἷμα καὶ φυλάττουσαν, οἷον παρέλαβεν. ὅπως οὖν τοῦτ' ἀκριβῶς ἴδης, ἔστω σοί τι παρεσκευασμένον σῶμα λεπτὸν καὶ πρόμηκες, οἷα τὰ διπύρηνα καλούμενα· τὴν δ' ὕλην ἐχέτω ξύλον πύξινον, ἤ τι τῶν οὕτω πυκνῶν. καὶ τοῦτο καθιεὶς εἰς τὰς τῆς μήνιγγος κοιλότητας ὠθεῖν τε πρόσω πειρῶ, καθ' ἅπερ ἂν ὑπείκῃ, καὶ τέμνειν ἐπ' αὐτῷ τὸ σῶμα τῆς μήνιγγος, ἄχρι περ ἂν ἐντύχῃς τῷ ξύλῳ. εἰ δὲ μὴ παρείη τοῦτο, διπύρηνον ἢ σμίλην ἢ σπαθομήλην κατὰ τὸ ἕτερον πέρας, ἐν ᾧ τὸν πυρῆνα κυκλούμενον ἔχουσι, καθιεὶς εἰς τὴν κοιλότητα τῆς μήνιγγος ὠθεῖν τε πρόσω καὶ τέμνειν αὐτὴν κατὰ τὸ πλάγιον, ἑκατέρωθεν ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος ἐκκλίνων τὸ καθιέμενον ὄργανον, ὅπως μήτε τὴν σμίλην

tibus contineri fpectabis, mortuo autem grumum, ipfas vero cavitates non habere venae tunicam, quae fimul per capitis offa afcendat, fed, ubi primum vena calvariam attingat, craffam meningem ibidem duplicari, nec non internam regionem fiftulae modo finuatam in peculiare vas fanguinem recipere et confervare, qualem acceperit. Ut igitur ad amuffim id videas, corpus habebis praeparatum tenue et oblongum, cujusmodi funt dipyrena (*fpecilla utrinque capitulata*); erit autem ex materie lignea, nempe buxea aut aliqua tam folida: et hoc in membranae finus demiffum prorfus conaberis propellere, qua cedit, et ipfum membranae corpus fecare, quoad in lignum incidas. Sin autem hoc fpecillum non affuerit, vel fcalpellum, vel fpathomelam per alterum extremum, in quo fpecillum circulare habetur, demittens in membranae cavitatem in anteriora propelle, ipfamque per latus feca, utrinque inftrumentum demiffum ad alteram partem declinans, ut neque fcalpellum

θραύσης ἐντυχὼν αὐτῇ, καὶ τῆς κοιλότητος ἐπιτύχῃς. ἐν αὐτῷ μὲν οὖν τῷ γυμνοῦσθαι τῶν περικειμένων ὀστῶν τὰς διπλόας τῆς μήνιγγος πολλάκις ἀποῤῥήγνυταί τι καὶ διασπᾶται. [188] καὶ τοῦτ' ἀρχή σοι γενήσεται τοῦ καθιέναι τι τῶν εἰρημένων ὀργάνων εἰς τὴν κοιλίαν τοῦ αἵματος. εἰ δὲ καὶ μὴ διασπασθείη, τέμνων ὀξείᾳ σμίλῃ τὴν πλευρὰν ἑκατέραν τῆς διπλῆς μήνιγγος ἐν τοῖς κάτω μέρεσιν, ἔνθα πρῶτον ἐμπίπτει τῷ κρανίῳ, κἄπειτα καὶ ἐκεῖ ἐμβαλὼν διὰ τῆς τομῆς τὴν σμίλην, ἄνω βιάζεσθαι πειρῶ μέχρι τῆς κορυφῆς, ἔνθα συμβάλλουσιν ἀλλήλαις αἱ δύο φλέβες, ἥντινα χώραν Ἡρόφιλος ὀνομάζει ληνόν. ἔστι δ' αὕτη μὲν, ἣν ἐκεῖνος οὕτως ὀνομάζει, διὰ βάθους μᾶλλον, ἐπιπολῆς δ' ἑτέρα συμβολὴ φλεβῶν μικρῶν ἐπικειμένων τῇ ληνῷ, κατὰ τὴν παχεῖαν ὡσαύτως μήνιγγα γεγενημένη. δέχεται δ' οὐκέτ' αὐτὴ σπαθομήλης πυρῆνα διὰ στενότητα· καὶ διὰ τοῦτ' ἐπὶ τῶν μικρῶν ἐγκεφάλων ἤτοι γ' ἀμυδρῶς, ἢ οὐδ' ὅλως φαίνεται. τῶν λοιπῶν οὖν τι πυρήνων ἢ μηλωτίδων

cönfringas ei occurrens et cavitatem assequaris. Dum igitur membranae cerebri duplicationes ossibus, quae ambiunt, nudabis, subinde quippiam abrumpitur divelliturque: ac ita quoddam ex praedictis instrumentis in sanguinis ventriculum demittere incipies; sin autem non divellatur, acutiore scalpello utrumque latus duplicatae membranae parte inferiore aggredieris, qua primum in calvariam elabitur. Deinde et illic per sectionem scalpellum injiciens sursum adigere conaberis adusque verticem, ubi venae duae invicem congrediuntur; quam regionem Herophilus nominat lenon (torcular). Est autem ipsa, quam ille sic appellat, profunda magis; in superficie vero alius venarum exilium leno incumbentium congressus est, isque prope crassam membranam similiter factus est; sed nondum ipsarum coitus specillum spathomelae ob angustiam excipit; cujus gratia in minutis cerebris vel obscure, vel nequaquam apparet; ex reliquis igitur specillis pyrenis vel melotidibus ali-

διεμβάλλειν πειρῶ, καὶ τέμνειν παρ᾽ αὐτήν. ἀποφύεται δ᾽ ἡ εἰρημένη λεπτὴ τῆς μήνιγγος ἀπόφυσις ἡ ἐπιπολῆς κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ μέρος, ἔνθα συμβέβηκεν ἡ λαμβδοειδὴς ῥαφὴ τοῖς λεπιδοειδέσιν ὀστοῖς. προτέρας οὖν τέμνε τὰς ἐπιπολῆς ταύτας φλέβας ἕως τῆς ἐπιπολῆς ληνοῦ. τέμνων δὲ πρῶτον μὲν ἐκκένωσον, εἴτις θρόμβος ἐν αὐταῖς ἐστιν, εἶτα κατάσκεψαι τὴν ἐντὸς ἐπιφάνειαν τῆς μήνιγγος, ὅπως ὁμοιοτάτη τῇ γε τῆς οὐσίας ἰδέᾳ ταῖς φλεψίν ἐστιν, εἰ καὶ μὴ τῇ λεπτότητι. καὶ οὐδὲν θαυμαστόν ἐστι τὴν φύσιν μὴ δεηθῆναι τὸν χιτῶνα τῆς ἀναγούσης φλεβὸς τὸ αἷμα ταῖς τῆς παχείας μήνιγγος ὑποτεῖναι κοιλίαις, ὁμοίας οὐσίας ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων ὄντων.

Κεφ. β΄. Ἑξῆς δὲ τὰς ἀποφυομένας ἑκατέρωθεν τῶν ληνῶν θεάσῃ φλέβας λεπτάς· ἐνίας μὲν ἰσχνὰς πάνυ καὶ τριχὸς μόνης δεχομένας κάθεσιν, ἐνίας δὲ μείζους. ὄψει δὲ τὰς μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιπολῆς ληνοῦ τῆς μικρᾶς εἰς τὰ πλησίον ἐγκεφάλου μόρια τὰ ἐπιπολῆς διασπειρομένας, τὰς δ᾽ ἀπὸ τῆς διὰ βάθους τῆς μεγάλης εἴς τε τοὐπίσω

quod inferes, et prope ipfum fectionem duces. Caeterum praedictus tenuis membranae proceffus fuperficiarius in illa parte oritur, ubi futura lambdoides fquamatis offibus connectitur. Quapropter venas has fuperficiarias prius fecabis ad torcular usque, quod in fuperficie eft. Dum autem fecas, primum evacuabis, fi grumus quifpiam in ipfis coaluerit; deinde internam membranae fuperficiem intueberis, quomodo fubftantiae fpeciem, etfi non tenuitatem, venis habeat fimillimam. Ac nihil miri eft naturam non requirere tunicam venae, quae fanguinem craffae membranae ventriculis fuppeditet, cum fimilis utraque corpora fubftantiae exiftant.

Cap. II. Inde tenues venas ab utraque lenorum parte orientes fpectabis; nonnullas quidem admodum graciles et folum pilum demiffum excipientes, quasdam vero ampliores. Cernes autem, has quidem a parva leno, quae fuperficiaria eft, in propinquas cerebri particulas fuperficiarias differminari, illas vero ab altitudine magna

Ed. Chart. IV. [188.] Ed. Baſ. I. (194.)

μέρος ὅλον ἐγκεφάλου, τὸ καλούμενον ὑπό τινων ἐγκράνιον, εἴς τε τὸ πρόσω κατασχιζομένας, ὡς καὶ πρὶν εἰς αὐτὸ τὸ σῶμα καταδύεσθαι τοῦ ἐγκεφάλου, θεάσῃ σαφῶς ἐκπιπτούσας τῶν κατὰ τὴν μήνιγγα φλεβῶν, ἐάν γε μὴ τύχῃς αὐτὰς διεσπακώς. ὀπίσθιον δὲ λέγειν ἐγκέφαλον, ἢ ἐγκράνιον, ἢ παρεγκεφαλίδα, διαφέρει οὐδέν. εἰς τοῦτο μὲν οὖν ἐμφυόμεναι φλέβες ἀπό τε τῶν ἀναφερομένων εἰς τὴν ληνὸν κατὰ τὰς πλευρὰς καὶ τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς, ἔτι τε πρὸς αὐταῖς ἀπ᾽ αὐτῆς καὶ ληνοῦ, τὸν ἀκριβῆ τῆς φλεβὸς ἔχουσι χιτῶνα, τοιοῦτον μάλιστα τὴν ἰδέαν, οἷός περ ἁπάσαις ταῖς καθ᾽ ὅλον τὸ ζῶόν ἐστιν. εἰς αὐτὸν δὲ τὸν ἐγκέφαλον, ὃν ἔνιοι πρόσθιον ἐγκέφαλον ὀνομάζουσι, διὰ τῆς παχείας μήνιγγος ἀφικνεῖται τὸ αἷμα, μέσης ἀκριβῶς τεταγμένης καὶ τεμνούσης δίχα τὸν ἐγκέφαλον ἴσοις τμήμασιν. ἐννέμονται δὲ καὶ ταύτῃ φλέβες ἀκριβῶς πάμπολλαι παρ᾽ ὅλον τὸ μῆκος εἰς ἑκάτερον τῶν ἐγκεφάλου μερῶν, εὐώνυμόν τε καὶ δεξιὸν, ἅπασαι μικραὶ πλὴν δυοῖν, μιᾶς μὲν τῆς κατὰ τὴν ληνὸν, ὑποφυομένης εἰς τὸ πρόσω διὰ

tum in poſteriorem totam cerebri partem (quae a nonnullis cerebellum appellatur) tum in priorem propagari; quas et prius, quam ipſum cerebri corpus ſubeant, ex membranae venis elabentes manifeſto conſpicaberis, niſi ipſas divulſeris. Caeterum, poſterius cerebrum vocesne cerebellum, encranium vel parencephalidem, nihil intereſt. Huic igitur venae ſe inſerentes et ab iis, quae per ſuturae lambdoidis latera in lenum perveniunt, et ab ipſa leno exactam venae tunicam habent, talem potiſſimum ſpecie, qualis omnibus in toto animante exiſtit. Porro in ipſum cerebrum, quod nonnulli anterius cerebrum appellant, per craſſam membranam mediam exacte ſitam ſecantemque cerebrum in partes duas aequales ſanguis derivatur. Caeterum et hinc venae frequentes omnino per totam longitudinem in utramque cerebri partem diſtribuuntur, ſiniſtram et dexteriorem, omnes exiguae, praeterquam duae, una quidem per lenum in anteriora

βάθους κατὰ τὸ μῆκος ὅλης τῆς κεφαλῆς· ὅπως δ' αὐτὴν εὑρίσκειν χρὴ, μικρὸν ὕστερον ἐρῶ· δευτέρας δὲ πολὺ μείζονος, οὔτ' ἐγγὺς πάνυ τῶν κατὰ τὴν ληνὸν χωρίων, οὔτε πόῤῥω, κατὰ μέσον μάλιστα τοῦ παντὸς ἐγκεφάλου· προσαγορεύω δ' οὕτω τὸν συγκείμενον ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, ὀπισθίου τε καὶ προσθίου. [189] δύεται δ' ἡ φλὲψ αὕτη κατάντης εἰς τὸ βάθος, ἔνθεν καὶ σχίζεται πολυειδῶς. οὐ μὴν αὕτη γε τοῦτο πάσχει μετὰ τὴν ἐκ τῆς μήνιγγος ἔκφυσιν, ἀλλὰ προελθοῦσα μέχρι τινὸς οὐ πολλοῦ. ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα θεάσῃ, πρὶν διελεῖν κατά τι τὸν ἐγκέφαλον, ἐπὶ μόνῃ τῇ παχείᾳ μήνιγγι γυμνωθείσῃ. γυμνώσας δ' αὐτὴν κατὰ τρεῖς τόπους, ἐπειδὴ καὶ τρίχα τέτμηκε ταῖς διπλόαις τὸν ὅλον ἐγκέφαλον, εἶτ' ἀνατείνας κατὰ τὰς τομὰς τοῖς σαυτοῦ δακτύλοις, ἰδίᾳ μὲν τὸ ἀριστερὸν μέρος αὐτῆς, ἰδίᾳ δὲ τὸ δεξιὸν, οἷς τὸν πρόσθιον ἐγκέφαλον ἔσκεπεν, ἰδίᾳ δ' αὖ πάλιν τὸ λοιπὸν, ᾧ τὸν ὀπίσθιον, ἁπάσας τε τῶν φλεβῶν ὄψει τὰς ἐκφύσεις εἰς τὰ τρία μέρη τοῦ παντὸς ἐγκεφάλου διασπειρομένας,

penitius procedente ad totius capitis longitudinem (quomodo autem invenire ipſam oporteat, paulo poſterius explicabo), altera vero multo majore neque propinqua admodum leni regioni, neque remota, in medio praeſertim totius cerebri; appello autem ſic, quod ex utriusque partibus conflatur, poſteriore ſcilicet et anteriore. Haec vena in altum declivis deſcendit, unde et multifariam propagatur; non tamen ipſi hoc accidit poſt productionem ex membrana, ſed aliquousque non longius progreſſae. Haec igitur omnia ſpectabis prius, quam cerebrum aliqua ex parte diviſeris, in ſola membrana craſſa. Nudabis autem ipſam tribus in locis, quoniam et triplici duplicatione totum cerebrum ſecuit; deinde juxta ſectiones tuismet digitis attolles ſeorſum partem ipſius ſiniſtram, ſeorſum vero dextram, quibus cerebrum anterius contegebat, ſeorſum rurſus reliquam, qua poſterius; omnesque venarum proceſſus in tres totius cerebri partes diſſeminari conſpicies, nonnullas quidem tam ſuperficia-

ἐνίας μὲν οὕτως ἐπιπολῆς, ὡς φαίνεσθαι τὰς σχίσεις αὐτῶν, ἐνίας δὲ καὶ δυομένας εἰς τὸ βάθος, ἅπαντά τε τὸν λεπτὸν ὑμένα τὸν συνδοῦντα τὰς εἰρημένας φλέβας, ἔξωθέν τε περικείμενον τῷ ἐγκεφάλῳ, μετά τε τῶν φλεβῶν εἰς τὴν κοιλίαν αὐτοῦ κατιόντα. τοῦτον τὸν ὑμένα λεπτὴν ὀνομάζουσι μήνιγγα κατὰ δή τι παλαιὸν ἔθος, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως νῦν μόνοις τοῖς περὶ τὸν ἐγκέφαλον ὑμέσι φυλαχθείσης τῆς προσηγορίας. ὠνόμαζον γὰρ οὐ τούτους μόνους τοὺς ὑμένας, ἀλλὰ καὶ πάντας οἱ παλαιοὶ μήνιγγας, ὡς ἔνεστί σοι μαθεῖν ἔκ τ᾽ ἄλλων πολλῶν συγγραμμάτων, ἃ γέγραπται τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις, ἀτὰρ οὐχ ἥκιστα καὶ τῶν Ἱπποκράτους τε καὶ Διοκλέους, ὧν καὶ Μαρῖνος ἐμνημόνευσεν ἐν τῇ τῶν ἀνατομικῶν πραγματείᾳ. η μὲν δὴ λεπτὴ μήνιγξ εἴωθέ σοι φαίνεσθαι περιπεφυκυῖα τὸν ἐγκέφαλον, ἔν τε τῷ βάθει κατὰ τον αὐτὸν τρόπον ὁμιλοῦσα, τὴν παχεῖαν δὲ πλεῖστον ἀφεστῶσαν αὐτοῦ θεάσῃ. καὶ πόσον γε τοῦτ᾽ ἔστι, δυνήσῃ μαθεῖν, εἰ καθ᾽ ἕν τι τῶν τριῶν μερῶν, εἰς ἃ τέτμηκεν ὅλον τὸν ἐγκέφαλον, ὀπὴν ἐργασάμενος βραχεῖαν

rias, ut ipfarum rami in confpectum prodeant, quasdam vero alte penetrantes, omnemque tenuem membranam, quae enumeratas venas colligat et cerebro extrinfecus circumdatur, cum venis in ventriculum ipfius defcendentem. Hanc membranam tenuem meningem appellant veteri quadam confuetudine, nunc (haud novi quonam pacto) folis cerebri membranis nuncupatione confervata; nam veteres non has folum membranas, fed etiam omnes meningas vocitabant; quod difcas licet tum ex multis aliis commentariis, quae ab illis fcripta funt, tum maxime ex Hippocratis et Dioclis monumentis, quorum et Marinus in opere anatomico fecit mentionem. Itaque tenuis membrana cerebro circumnata eodem modo etiam in profundo conjuncta folet apparere. Porro craffam plurimum ab eo diftare videbis; et quanto intervallo, condifces, fi in fingulis tribus partibus, in quas totum cerebrum fecuit, parvo facto foramine indideris

ἐμβάλλοις εἰς αὐτὴν ἀρχὴν σαλπιγγίου τινός, οἷά περ ἐμοὶ παρεσκευασμένα βλέπετε, παραπλήσια τοῖς τῶν χρυσοχόων φυσητῆρσιν. ὀνομάζουσι δ᾽ οὕτως, ὡς ἴστε, δι᾽ ὧν φυσῶσιν αὐτοὶ τὸ πῦρ ἀνάπτοντες. (195) ἐὰν οὖν ἐμβαλὼν τῷ διῃρημένῳ τὴν ἀρχὴν τοῦ σαλπιγγίου καὶ περισφίγξας ἐν κύκλῳ τὴν μήνιγγα φυσήσῃς δι᾽ αὐτοῦ, θεάσῃ πληρουμένην ἀέρος οὐκ ὀλίγου τὴν ὑπ᾽ αὐτῇ χώραν. αὕτη μὲν γὰρ ἡ μῆνιγξ ἡ παχεῖα τὸ κρανίον υπέζωκεν· ὁ δ᾽ ἐγκέφαλος ἐν τῷ διαστέλλεσθαί τε καὶ συστέλλεσθαι προσέρχεταί τε καὶ ἀποχωρεῖ κατὰ τὴν μεταξὺ χώραν τὴν κενήν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου μετ᾽ ὀλίγον εἰρήσεται κατὰ τὴν ἐπὶ τῶν ζώων ἐγχείρησιν· ἐν δὲ τῷ παρόντι λόγῳ τῶν ἐφεξῆς ἐχώμεθα.

Κεφ. γ'. Μετὰ γὰρ τὸ θεάσασθαι τὰ πέριξ ταῦτα καιρὸς ἤδη τὸν ἐγκέφαλον αὐτὸν ἀνατέμνειν, ἀρχὴν τῆς ἀνατομῆς αὐτοῦ ποιησάμενον ἀπὸ τῆς διχοτομούσης μήνιγγος τὸ πρόσω μέρος, ἧς ἀποτεμὼν ἢ ἀποσπάσας τὰς εἰς τὸ πλάγιον ἐκφύσεις τῶν φλεβῶν, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ πρόσω

ei exiguae cujusdam tubae initium, qualia mihi praeparata videtis, aurificum follibus persimilia; sic autem nominant, ut novistis, per quos ipsi, dum ignem accendunt, aërem inflare solent. Si igitur, initio tubae parti divisae imposito ac meninge orbiculatim constricta, per ipsum inflaveris, regionem ei subditam haud modico impleri aëre conspicies; siquidem haec meninx crassa calvariam succingit; cerebrum vero, dum attollitur et submittitur, accedit et recedit pro inanis loci, qui intermedius est, ratione. Verum de hoc paulo posterius in animalium vivorum administratione tractabitur; nunc autem, quae superioribus proxima sunt, exequamur.

Cap. III. Nam ubi ea fueris intuitus, quae cerebrum ambiunt, opportunum jam erit cerebrum ipsum dissecare, anatomen ipsius exorso a meninge bifariam anteriorem partem secante; a qua abscectis vel avulsis venarum exortibus, qui in latus procedunt, auspicatus

πέρατος, ἀνάτεινε τοῖς σαυτοῦ δακτύλοις, ἄχρι περ ἂν ἔλθῃς ἐπὶ τὴν ἀποφυομένην αὐτῆς μεγάλην φλέβα, τὴν εἰς τὸ βάθος εἰρημένην φέρεσθαι κατάντη. κἀνταῦθα πάλιν ἀνατείνας ὑψηλὴν ἑτέρῳ δὸς κρατεῖν, εἶτ' αὐτὸς διάλυε κατὰ μῆκος ἑκάτερον τῶν μερῶν τοῦ ἐγκεφάλου χωρίζων ἀπ' ἀλλήλων ἀτρέμα τοῖς σαυτοῦ δακτύλοις, ἄχρι περ ἂν ἔλθῃς ἐπὶ τὴν τεταμένην φλέβα κατὰ τὸ μῆκος ἐνταῦθα, περὶ ἧς ἔμπροσθεν εἶπον, ὡς ἔστιν ἀξιόλογος. [190] ὀφθείσης δὲ τῆς εἰρημένης φλεβὸς τῆς κατὰ μῆκος ἐκτεταμένης, καὶ τῆς χρείας αὐτῆς ἅμα τῇ θέᾳ γυμνωθείσης, ἀποφύσεις γὰρ ἑκατέρα λεπτὰς φαίνεται πέμπουσα, διασπειρομένας εἰς τὸν ἐγκέφαλον, αὐτὴν μὲν τὴν φλέβα τῶν ὑποκειμένων σωμάτων ἀφελὼν, ἤτοι γ' ἔκκοπτε πᾶσαν μέχρι τῶν κατὰ τὴν ληνὸν χωρίων, ἢ ἥπερ ἐκπέφυκεν ἀνατείνας ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων κατάθες. σὺ δὲ τὴν χώραν, ἣν ἐγύμνωσας, ἐπιμελῶς κατάσκεψαι, τυλώδη πως οὖσαν, ὡς φαίνεσθαί τινα φυσικὴν ἐνταῦθα ὑπάρχειν κοιλότητα, δεχομένην τῶν ὑπερ-

a termino priori, furfum tuis ipfius digitis attollito; donec ad grandem venam perveneris ex ea procedentem, quam in penitiora ferri declivem retulimus; atque hic rurfus in altum fublatam alteri tenendam dabis; mox ipfe juxta longitudinem diffolvens, utramque cerebri partem a mutuo connexu leviter tuis digitis fecernes, quousque ad venam in longum inibi porrectam veneris, quam prius magnitudinis effe notandae commemoravimus. Poftquam vero declivem venam, de qua facta eft mentio, ad longitudinem extenfam videris atque ipfius ufum fimul infpectione detexeris, (nam tenues utrinque ramos in cerebrum difperfos mittere videtur,) tu quidem venam ipfam a corporibus fubjectis adimens, vel totam adusque leni regionem excindito, vel, quod extuberat, furfum elevans in illis ipfis deponito. Caeterum regionem, quam detexeris, diligenter infpicito callofam quodammodo effe, ut naturalis quaedam inibi concavitas effe videatur, quae ex fuperjacentibus et circum-

κειμένων τε καὶ περικειμένων σωμάτων τὰ μὴ κατεργασθέντα τελέως τῆς τροφῆς, ἃ καλοῦσιν ἰδίως περιττώματα· καὶ μέντοι καὶ ἡμᾶς οὕτω καλεῖν οὐδὲν κωλύει. προσαναδέρων δὲ ἀτρέμα καὶ πόρων λεπτῶν ἐμφάσεις εὑρήσεις, ἄχρι τῆς μέσης κοιλίας τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἡκόντων. ἀτρέμα δ᾽, εἶπον, ἀναδέρειν χρὴ κατὰ χωρίον τοῦτο διὰ τὴν κορυφὴν τοῦ διαφράγματος ἐνταῦθ᾽ ἀνήκουσαν καὶ διαφράττουσαν τὰς προσθίας ἐγκεφάλου κοιλίας. καὶ μέντοι καὶ θεάσασθαί σοι τοῦτο καιρὸς, εὐθείαις τομαῖς ἑκατέρωθεν τῆς μέσης χώρας ἕως τοῦ βάθους τέμνοντι, μέχρι περ ἂν ἐντύχῃς ταῖς κοιλίαις. γνωρίσεις δ᾽ αὐτὰς, τὸ τετυλωμένον θεασάμενος ἐνταῦθα σαφεστάτην ἔχον τὴν διαφορὰν τῶν τετμημένων ἐγκεφάλου μερῶν. ὄψει δὲ καὶ τὰ καλούμενα χοροειδῆ πλέγματα κατὰ ταύτας. ὀνομάζουσι δ᾽ οἱ περὶ τὸν Ἡρόφιλον αὐτὰ χοροειδῆ συστρέμματα, παρονομάσαντες δηλονότι τῶν χορίων, ἃ τοῖς κυουμένοις ἔξωθεν ἐν κύκλῳ περιβέβληται, φλεβῶν ὄντα καὶ ἀρτηριῶν πλέγματα, λεπτοῖς

datis corporibus portionem alimenti non perfecte elaborati (recrementa proprie appellant) recipit; quin etiam nos hoc uti vocabulo nihil prohibet. Caeterum avellere pergens leviter etiam meatuum tenuium, qui ad medium usque cerebri ventriculum perveniunt, effigies invenis. Leviter autem dixi hanc regionem fegregandam propter fepti verticem huc pertingentem, qui priores cerebri ventriculos intercipit. Infuper fpectare tibi hoc tempus eft rectas lineas utraque mediae regionis parte ad ima usque fecanti, donec ventriculi occurrant. Notitiam autem ipforum adipifceris, callofam illam portionem confpicatus, quae manifeftam adeo differentiam diffectis cerebri particulis obtinet. Cernes autem in his etiam plexus fecundarum modo efformatos, unde choroides vocant. At Herophili fectatores nominant ipfas convolutiones fecundarum inftar effigiatas, nomine videlicet a choriis membranis deducto, quae foetus extrinfecus in orbem ambiunt, venarum et arteriarum exiftentes plexus, quae tenuibus continentur membranis.

Ed. Chart. IV. [190.] Ed. Baſ. I. (195.)

ὑμέσι συνεχυμένων. οὕτω γάρ τοι καὶ τὰ τῶν ἐγκεφάλων ἐκ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν πέπλεκται, συνδουμένων τῇ λεπτῇ μήνιγγι, τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἐχούσῃ τοῖς ἄλλοις ὑμέσι τοῖς λεπτοῖς, αὐτοῖς τε τοῖς κατὰ τὸ χορίον, ὑπεζωκότι τε καὶ περιτοναίῳ, καὶ ὅσοι τοιοῦτοι. καὶ μέντοι διατείνων ἀτρέμα ταῖς σαυτοῦ χερσὶν, ὡς μὴ διαῤῥῆξαι τὸ πλέγμα, κατασκέπτου τὰς μὲν φλέβας ἐκ τῶν ὑψηλῶν μερῶν κατιούσας τε καὶ κατασχιζομένας, τὰς δὲ ἀρτηρίας ἐκ τῶν ὑποκειμένων τῶν ταπεινῶν ὁμοίως καὶ ταύτας ἀνιούσας τε καὶ κατασχιζομένας. φυλάττειν τε ταύτῃ τὰ πλέγματα σωζόμενα πειρῶ χάριν τοῦ συνακολουθοῦντά σε μικρὸν ὕστερον, ὅταν γυμνώσῃς αὐτὰ τὰ μόρια, θεάσασθαι σαφῶς τὰς μὲν φλέβας, ὅσαι κατὰ τὰς κοιλίας εἰσὶν, ἀπὸ τῆς ἔμπροσθεν εἰρημένης κατάντους εἰς τὸν ἐγκέφαλον ἀφικνεῖσθαι πάσας ἀπεσχισμένας, τὰς δ᾽ ἀρτηρίας ἀπὸ δυοῖν ἀρτηριῶν ἐκ τῶν κάτω μερῶν ἀναφερομένας. ταύτας μὲν οὖν ἀκριβέστερον ἐπισκέψῃ προϊούσης τῆς ἐγχειρήσεως. ἐπὶ δὲ τῇ πρώτῃ τομῇ τῶν κοιλιῶν ἑκατέρας ἥ τε τῶν χοροειδῶν πλεγμάτων

Sic namque et cerebrum ex venis arteriisque implexum eſt tenui membranae illigatis, quae eandem cum aliis tenuibus membranis ſubſtantiam obtinet, tum iis ipſis, quae in ſecundis habentur, tum membrana coſtas ſuccingente, tum peritonaeo, atque id genus aliis. Praeterea leviter tuis diſtendens manibus, ne plexum perrumpas, intueberis, venas quidem ex ſublimi regione deſcendentes in ramorum ſeriem diffundi, arterias autem a ſubjecta parte humili ſimiliter et has emergentes in ramos propagari. Ac plexus hos inviolatos ſervare conaberis, quo videlicet conſequens paulo poſt, cum particulas ipſas deteges, maniſeſto venas in ventriculis ſitas ſpeculeris, propagatas omnes ab ea, quae prius ad cerebrum declivis pervenire commemorata eſt, arterias autem a duabus aliis arteriis, quae ab imo ſurſum feruntur. Has itaque accuratius procedente adminiſtratione inſpicies. In prima vero utriusque ventriculi ſectione plexuum

ὄψις ἔστω σοι γνώρισμα καὶ τὸ τυλῶδες τοῦ σώματος. εὐθὺς δὲ πειρῶ τὸ διαφράττον σῶμα τὴν δεξιὰν κοιλίαν ἀπὸ τῆς ἀριστερᾶς θεάσασθαι, τὴν αὐτὴν ἔχον οὐσίαν ὅλῳ τῷ ἐγκεφάλῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀποῤῥηγνύμενον ῥᾳδίως, εἰ ἐκταθῇ σφοδρότερον. ἔστι δ' οὕτω λεπτὸν, ὥσθ', ὅταν ἐν φωτὶ λαμπρῷ ποιῆταί τις τὴν ἀνατομὴν, ὥσπερ οὖν καὶ προσήκει, διαλάμπειν αὐτοῦ τὴν αὐγὴν ὁμοίως τοῖς διαφανέσι τούτοις λίθοις, οὓς τέμνοντας εἰς λεπτὰ ταῖς θυρίσιν ἐντιθέασιν. οὔτ' οὖν σφοδρῶς ἀνατείνειν χρὴ τοῦτο, διασπᾶται γὰρ, οὔτ' ἰδεῖν ἐγχωρεῖ σαφῶς αὐτὸ μὴ ἀνατείναντα. συμφυῶν δ' ὄντων αὐτοῦ τῶν ἄνω περάτων τοῖς τετμημένοις σώμασι, μᾶλλον δ' οὐ συμφυῶν χρὴ λέγειν, ἀλλ' ἡνωμένων αὐτῶν τῶν τετμημένων, χρὴ λαβόμενον ἀνακλᾷν ἀτρέμα αὐτὰ πρὸς τὴν ἑτέραν κοιλίαν, [191] ἐπιβάλλοντα τῇ κορυφῇ τοῦ διαφράγματος. οὕτω γὰρ ἡ γεγυμνωμένη κοιλία φανερωτέρα γενήσεται, καὶ τὸ διάφραγμα μετρίαν ἕξει τὴν ἀνάτασιν, ἧς μάλιστα δεόμεθα. πρὶν μὲν

choroidum et corporis in cerebro callofi afpectus index tibi fit. Mox vero coneris corpus dextrum ventriculum a finiftro determinans infpicere, quod eandem cum toto cerebro fubftantiam obtinet, atque hoc jam facile abrumpitur, fi vehementius extendatur. Eft autem adeo tenue, ut, quum in clara luce diffectionem quis adminiftrat, quemadmodum certe etiam convenit, fplendor ipfius pelluceat fimiliter lapidibus hifce fpecularibus, quos in tenuia fecantes feneftris imponunt: quare non vehementer elevandum eft, nam divellitur, attamen manifefto videre nifi elevatum ipfum non licet. Quum autem fuperiora ipfius extrema fecandis corporibus fint connata, quid dico connata? imo unita, ipfis incifis, convenit prehenfa illa ad alterum ventriculum leviter reflectere faftigio fepti, quod ventriculos difterminat, imponentem: fic enim ventriculus nudatus manifeftior evadet et feptum modicam habebit elevationem, qua potiffimum indigemus. Priusquam enim in

γάρ του ὅλως ἀνατάθηναι χαλαρόν τέ ἐστι καὶ ῥυσὸν, οὔτε διαλάμπειν δυνάμενον, οὔτε τὴν αὑτοῦ συνέχειαν ἐνδεικνύμενον ἐναργῶς· ἀνελκυσθὲν δὲ εἰς τοσοῦτον, ὡς τετάσθαι μὲν ἅπαν, οὐ μὴν ἤδη γέ πω διεσπάσθαι, φανεῖται σαφέστατα. τοὐντεῦθεν δὲ, κἂν ὅλον ἄρῃς αὐτὸ μετὰ τῶν ἡνωμένων μορίων ἄχρι τῶν τομῶν, ἐναργέστερόν τε κατόψει τὰς κοιλίας, ἥ τε κατάντης φλὲψ φανεῖταί σοι σχιζομένη περί τι σῶμα κωνοειδές. ὑμὴν δ', ὥσπερ τὰς ἄλλας φλέβας, οὕτω καὶ τὰς σχιζομένας συνάπτει λεπτὸς, οὐκ ἄλλος τις ὢν οὔτε κατὰ τὴν οὐσίαν οὔτε κατὰ τὴν συνέχειαν τῆς λεπτῆς μήνιγγος. καὶ διὰ τοῦτον τὸν ὑμένα κατακέκρυπται τὸ κωνοειδὲς σῶμα, καὶ οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν ἰδεῖν αὐτὸ, πρὶν διασπάσαι κατά τι τὸν ὑμένα. ἔγκειται γὰρ οἷόν πέρ τι στήριγμα ταῖς ἀποσχιζομέναις φλεψὶ τῆς κατάντους φλεβὸς τῆς μεγάλης, αἳ κατέρχονται κατὰ τοῦ λελεγμένου σώματος ἐποχούμεναι, καὶ καταδύονται δ' αὐτίκα καὶ κατακρύπτονται, σκεπόμεναι πρός τινος πλατέος σώματος, ὃ μόριον μέν ἐστιν ἐγκεφάλου τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. ὅπως δὲ χρὴ γυμνοῦν

totum extendatur, laxum eſt et rugoſum, neque relucere neque continuitatem ſuam poteſt evidenter oſtendere; ſurſum autem attractum eatenus, ut totum ſit tenſum, non tamen jam divulſum, clariſſime apparebit. At ſi hinc quoque totum ipſum ſimul cum unitis particulis ad ſectiones usque ſuſtuleris, et ventriculos evidentius conſpicies, et vena declivis circa corpus quoddam conoειdes (*turbinatum*) ſciſſa apparebit, membrana vero, quemadmodum alias venas, ſic et ſciſſas tenuis connectit, quae a membrana ſubtili nec ſubſtantia nec continuitate evariat. Atque hujus membranae interventu corpus conoειdes abſconditur; neque fieri poteſt, ut prius ipſum videas, quam membranam aliquatenus divulſeris: nam veluti firmamentum quoddam venis a magna declivi propagatis adiacet, quae praedicto corpori inſidentes deſcendunt, et ſtatim demerguntur occuluntur que lato quodam corpore contectae, quae particula quidem cerebri eſt aliis ſimiliter. Quomodo autem

αὐτὸ, μικρὸν ὕστερον ἐρῶ, τοσοῦτον ἔτι τῷ λόγῳ προσθείς. τὸ κωνοειδὲς σῶμα καλεῖται ὑπὸ τῶν ἀνατομικῶν οὐχ οὕτως μόνον, ἀλλὰ καὶ κωνάριον. ἔγκειται δ', ὡς εἴρηται, τῇ σχίσει τῆς φλεβὸς, οὐ δυνάμενον ὀφθῆναι, πρὶν διαιρεθῆναι κατά τι τὸν ὑμένα. διαιρεῖν οὖν αὐτὸν ἀτρέμα πειρῶ, μὴ συνανατείνων ἰσχυρῶς τὸ κωνάριον. ἀποῤῥαγήσεται γὰρ τῶν ὑποκειμένων σωμάτων καὶ βλάψει τὴν ἀνατομὴν εἴς τι μέγιστον, ὃ μικρὸν ὕστερον ἐρῶ. καθάπερ οὖν ἡ καρδία γυμνοῦται τοῦ περιέχοντος αὐτὴν χιτῶνος, οὕτω χρὴ καὶ τὸ κωνάριον γυμνῶσαι, διελόντα τὸν περικείμενον ὑμένα καθ' ἕν τι μέρος ἀπὸ τῆς βάσεως ὀρθίᾳ διαιρέσει, πλησίον ἀφικνουμένῃ τῆς κορυφῆς· ἔπειτα τὸν μὲν ὑμένα μετὰ τῶν φλεβῶν περισχίζειν ἑκατέρως (196) τοῦ κωνοειδοῦς, αὐτὸ δὲ ἐκεῖνο πρὸς τὴν διαίρεσιν ἐγκλίνειν, ὅπως ὅτι τάχιστα γυμνωθείη πρὸς τὴν ἐναντίαν χώραν ἀγόμενον τῷ παρασχιζομένῳ χιτῶνι. τούτων δέ σοι πραχθέντων, οὕτως ἤδη μέν πως ἔνεστι, πρὸ τοῦ γυμνῶσαι τὴν μέσην χώραν τοῦ τε κωναρίου καὶ τῶν κοιλιῶν, φλέβας ἑκατέρας ἐπινοεῖν τῷ

nudandum ipſum ſit, paulo poſterius exponam, tantillum adhuc ſermoni adjiciens, conoεides corpus vocari ab anatomicis non ita ſolum, ſed etiam conarium. Caeterum incumbit ſciſſioni venae, uti retulimus, non prius in conſpectum veniens, quam membranam alicubi diviſeris; quod facias leviter, non attollens ſimul conarium valide: nam a ſubjectis corporibus abrumpetur, et diſſectionem inſigniter offendet, quod paulo poſterius explicabo. Quemadmodum igitur cor tunica ipſum ambiente nudatur, ſic etiam conarium detegere convenit membrana, qua circumdatur, aliqua ex parte a baſi recta linea prope verticem perveniente diviſa; deinde membranam convenit cum venis circumſcindere ad utramque conoεidis partem, ſed illud ipſum ad diviſionem inclinare, ut quam promptiſſime nudetur ad contrariam diſciſſae tunicae regionem deductum. Caeterum his peractis ſic jam licet, antequam mediam conarii et ventriculorum ſedem detexeris, utraſque venas conſiderare

χοροειδεῖ πλέγματι ἀπὸ τῆς ἐσχισμένης περὶ τὸ κωνάριον ἥκειν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ γυμνώσας τὸ μεταξὺ σῶμα μαθήσῃ σαφῶς ἐκεῖθεν ἡκούσας αὐτάς.

Κεφ. δ'. Ὅπως οὖν χρὴ τοῦτο γυμνοῦν, ἤδη μοι πρόσεχε τὸν νοῦν. οὐ γάρ δὴ τὸ τυχόν γέ ἐστι μέρος ἐγκεφάλου τὸ σκεπόμενον ὑπὸ τούτου τοῦ σώματος, ἀλλὰ καί τις ἄλλη κοιλία τρίτη παρὰ τὰς εἰρημένας ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἃς ἐχώριζέ τε καὶ διώριζεν ἀλλήλων τὸ διάφραγμα. γυμνώσεις οὖν αὐτὸ κατ' ἐκεῖνα μάλιστα τὰ χωρία, δι' ὧν αἱ φλέβες, ὥσπερ ὀπῶν τινων ἐξιοῦσαι, ταῖς προσθίαις ἐμπίπτουσι κοιλίαις· κατ' αὐτὰς γάρ τοι τὰς ὀπὰς ἡ μέση χώρα συντέτρηται ταῖς προσθίαις κοιλίαις. καὶ χρὴ πυρῆνα μήλης ἢ τὸ πλατὺ μέρος τῶν καλουμένων σπαθίων ἢ καὶ σπαθομήλης ταὐτὸ τοῦτο κατὰ τὰς ὀπὰς ἀμφοτέρας ἀτρέμας ὑποβάλλοντα μετέωρον ἐξαίρειν ἄνω τὸ ταῖς φλεψὶν ἐπικείμενον σῶμα. [192] τοῦτο γάρ σοι πράξαντι καθ' ἑκατέραν τὴν ὀπὴν ἀπαντήσουσιν ἀλλήλαις αἱ σμίλαι, καὶ φανεῖται τὸ σῶμα τουτὶ τὸ ταῖς φλεψὶν ἐπικείμενον, αἳ

ad plexum choroειdem a vena circa conarium fciffa venire. Enimvero ubi corpus intermedium detexeris, manifefto illinc ipfas prodire condifces.

Cap. IV. Quomodo igitur id nudare oporteat, jam mihi animum adverte; fiquidem non vulgaris cerebri pars eft, quae ab hoc corpore contegitur, fed etiam quidam alius ventriculus tertius praeter paulo ante praedictos, quos feptum invicem feparavit ac difiunxit. Itaque illis potiffimum locis ipfum nudabis, per quae venae tanquam per foramina quaedam erumpentes prioribus incidunt ventriculis; nam media regio fimul cum anterioribus ventriculis ad ipfa foramina patefcit, ac oportet fcalpelli fpecillum vel latam partem fpatharum, uti vocant, vel etiam fpathomelae eandem hanc per foramina utraque leviter fubmittentem corpus venis incumbens furfum elatum attollere. Quod ubi feceris, in utroque foramine fcalpelli mutuo fibi occurrent, et corpus hoc apparebit, quod incumbit venis, quae latefcentes perme-

διεξέρχονται κρυπτόμεναι, καθάπερ τις ψαλὶς οἰκοδομήματος σφαιροειδοῦς. ὀνομάζουσι δ᾽ οὐ ψαλίδα, ἀλλὰ καμάρας οἱ πολλοὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τοίνυν καὶ κέκληται τοῦτο τὸ σῶμα ψαλιδοειδὲς ὑπὸ τῶν γνόντων αὐτό. τῶν δ᾽ ἀγνοησάντων ἔνιοι μὲν οὐδ᾽ ὅλως φασὶν εἶναι τὸ ψαλιδοειδὲς τοῦτο κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, ἔνιοι δὲ παρακούσαντες οἴονται, τὸ κατὰ τοῦ διαφράγματος ἐπικείμενον οὕτως ὀνομάζεσθαι. ἀλλ᾽ οὔτ᾽ ἐκεῖνο καλεῖται ψαλιδοειδὲς, ἔστι δὲ τοῦτο ψαλιδοειδὲς ὄντως, ὥσπερ ὠνόμασται. καὶ εἰ διατέμοις αὐτὸ, τύλον ὄψει, καθάπερ ἐν ταῖς προσθίαις κοιλίαις, οὕτω κἀν τῇδε. κατὰ τὴν βάσιν ἐφεξῆς ἐστηριγμέναι τυγχάνουσιν αἱ διεξερχόμεναι τὴν κοιλότητα φλέβες ἐν αὐτῷ τε τῷ ψαλιδοειδεῖ κατὰ τὸ κοῖλον τῆς ψαλίδος: ἔξωθεν μὲν γὰρ τὸ κυρτόν ἐστιν, ἀφῃρημένων δηλονότι τῶν ὑπερκειμένων σωμάτων, ὑφ᾽ ὧν ἀνετείνετο μέχρι τῆς κατὰ τὴν μήνιγγα διπλόης· ἔσωθεν δὲ τὸ κοῖλον, ὥσπερ ὀροφὴ τῆς ψαλίδος. εἰ δ᾽ ἐννοήσεις, ὅπως, ἔτι ζῶντος τοῦ ζώου, τῷ μὲν κρανίῳ προσείχετο πάντα τῆς παχείας μήνιγγος τὰ μέρη,

ant, ceu quidam aedificii teſtudinarii fornix. Vocant autem non fornices, ſed cameras plerique id genus aedificia. Atque ideo hoc etiam corpus forniciſorme ab iis nuncupatum eſt, qui ipſius habent notitiam; ex illis autem, qui ignorant, aliqui nequaquam hoc corpus pſalidoειdes in cerebro eſſe contendunt; nonnulli vero parum recte intelligentes putant, id, quod ſepto ſuperpoſitum eſt, ſic appellari; verum nec illud vocatur pſalidoειdes. Eſt autem hoc re vera pſalidoειdes, quemadmodum appellatur; et ſi ipſum deſeces, callus occurret, ut in ventriculis anterioribus, ſic etiam hic. Ad baſim deinceps affirmatae ſunt venae, quae cavitatem fornicis permeant, extrinſecus ſiquidem gibbum habetur, ablatis videlicet corporibus, quae ſuperſtrata ſunt, unde ad meningis plexum usque attollebatur; intrinſecus autem cavum, quemadmodum fornicis faſtigium. Caeterum ſi perpendas, quomodo animali adhuc vivente omnes craſſae meningis partes cal-

τῷ δ' ἐγκεφάλῳ μόνα τὰ κατὰ τὰς διπλόας αὐτῆς, οὐκ ἀπιστήσεις, τὴν κορυφὴν τοῦ ψαλιδοειδοῦς ἀνατεταμένην φυλάττεσθαι, κοιλίαν ὑφ' ἑαυτῇ μεγάλην ἐργαζομένην. οὕτω δὲ καὶ τῶν προσθίων κοιλιῶν ἔτι μειζόνων οὐσῶν, ὅλην τὴν κεφαλὴν τοῦ διαφράγματος ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀνατετάσθαι πρὸς τὸ μετέωρον ἅμα τοῖς συνεχέσι σώμασιν. οὐ γὰρ δὴ στήριγμά γε δυνατὸν εἶναι τῶν ὑπερκειμένων σωμάτων τὸ διάφραγμα, καθάπερ τινὰ τοῖχον, ἐσχάτως ἁπαλόν τε ἅμα καὶ λεπτὸν ὑπάρχον· ὧν εἰ καὶ θάτερον ἦν αὐτῷ μόνον, οὐκ ἂν ἐβάσταζε τῶν ὑπερκειμένων ἐγκεφάλου μερῶν οὐδὲ τὸ βραχύτατον. ἀλλὰ τούτου μὲν ἡ χρεία κατὰ τοὔνομα· διαφράττει γὰρ ἀπ' ἀλλήλων τὰς προσθίας κοιλίας, οὐ στηρίζει τὰ κατ' αὐτὸν ἐπικείμενα. στήριγμα δ' οὐδὲν οὐδὲ ταύταις ἐστὶ ταῖς κοιλίαις, οὔτε τῇ μετὰ ταύτας, ἀλλὰ τῷ κρέμασθαι μετέωρα τὰ ὑπερκείμενα σώματα τὴν ἐντὸς εὐρυχωρίαν ἐργάζεται τῶν τριῶν κοιλιῶν, ἣν ἀπόλλυσθαι κατὰ τὰς ἀνατομὰς ἀναγκαῖόν ἐστι, καταπιπτόντων τῶν ὑπερκει-

variae adhaerebant, cerebro autem solae illae, quae ad ipsius duplicationes sunt; credes, verticem psalidoeideos sursum versus tensum servari, ventriculum sub se magnum efficientem. Sic autem, cum priores etiam ventriculi grandiores existant, totum septi caput in sublime simul cum continuis corporibus attolli necesse est; non enim septum superiacentium corporum firmamentum esse potest, tanquam murus quidam, quum extreme tenerum pariter et subtile existat; ex quibus si alterum ei solum inesset, non certe vel minimam superiacentium cerebri partium molem sustineret. Sed huic pro nominis ratione usus est, quippe anteriores ventriculos diaphrattει, id est secernit, non ipsi incumbentia fulcit. Sed nec ullum hisce ventriculis adest firmamentum, neque hos sequenti; verum ex quo corpora, quae superiacent, sublimia suspensa sunt, latam intus trium ventriculorum capacitatem efficiunt, quam in dissectionibus perire necesse est, corporibus videlicet, quae superstrata sunt, delabentibus, sicut paulo

μένων σωμάτων, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐῤῥέθη. καὶ μὲν δὴ καὶ πόρος τις ὑπόκειται μέγιστος ἐν τῇ βάσει τῆς τρίτης ταύτης κοιλίας, ἔκ τε τῶν προσθίων δεχόμενος τὰ περιττὰ κατὰ τὰς εἰρημένας ὀπὰς, καὶ προσέτι τῶν ὑπερκειμένων σωμάτων, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐῤῥέθη. συῤῥεῖ δ᾽ εἰς αὐτὴν ἐκεῖνα, καθ᾽ ὃ μέρος αἱ ἀπὸ τοῦ κωναρίου φλέβες ἐμβάλλουσιν. ἀλλ᾽ οἱ μὴ γνόντες ὅλως τὴν κοιλίαν ταύτην εἰκότως ἠγνόησαν ἅμ᾽ αὐτῇ καὶ τὸν εἰς τὸ ὀπίσω πόρον ἐκτεταμένον, ὑφ᾽ οὗ τὸ κωνάριον ἐστήρικται. καὶ εἰ γυμνόν τις αὐτὸ τῶν περικειμένων φλεβῶν ἀποῤῥήξει κατὰ τὴν βάσιν, ὀπή τις ἐνταῦθα φαίνεται μετέωρος, ἀτεχνῶς φάναι, καθάπερ τις καπνοδόχη, καίτοι μηδένα καπνὸν ἔχοντος τοῦ ἐγκεφάλου καθ᾽ ἑαυτὸν, ὃν ἀναπνεῦσαι δεήσεται διὰ μετεώρου τρήματος. οὐ μὴν οὐδὲ τὸν πέριξ ἀέρα δείκνυται τὸ στόμιον αὐτῆς, ἀλλ᾽ ἐπίκειται πλεῖστον ἐγκεφάλου μέρος ἄνωθεν, εἶθ᾽ ἡ σκληρὰ μῆνιγξ διπλῆ, καὶ μετὰ ταύτην τὸ τῆς κεφαλῆς ὀστοῦν, ὥστε μάτην ἂν ἡ φύσις εἰργάσατο τὴν ὀπὴν τήνδε, καίτοι γε οὐδὲν εἰκῇ ποιοῦσα. τοιαῦτα μὲν οὖν

ante commemoratum eſt. Inſuper meatus quidam maximus tertii hujus ventriculi baſi ſubjacet, qui ex prioribus per relata foramina ſuperfluitates recipit, inſuper ex particulis ſuperjacentibus, ſicut paulo ante enarratum eſt. Porro confluunt in ipſum recrementa, in quam partem venae a conario profectae ingrediuntur. At, qui ex toto ventriculum hunc ignorant, merito etiam ſimul cum ea meatum in poſteriora porrectum, quo conarium fulcitur, neſciunt. Atque ſi ipſum nudum a venis circumdatis juxta baſim abrumpas, foramen quoddam inibi ſublime apparet, ceu quoddam, ut dicam planius, infumibulum, etſi nullum in ſe fumum cerebrum habeat, quem ſublimi foramine reſpirare deſideret. Nec vero in ambientem aërem oſtiolum ipſius pervenit, ſed plurima cerebri pars deſuper incumbit, deinde dura meninx duplicata, poſt hanc capitis os: quare temere foramen hoc natura condiderit, etſi nihil temere faciat. Talia igitur non in ipſam

οὐ μόνον εἰς αὐτὴν τὴν ἀνατομὴν πλημμελοῦσιν [193] οἱ μὴ καλῶς ἐγχειροῦντες ἀνατέμνειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς φυσικοὺς λόγους αὐτοῦ. ἀνάγκη γὰρ, ὥσπερ τῶν ἀληθῶς ὁρωμένων ἐν ταῖς ἀνατομαῖς αἱ χρεῖαι θαυμαστῶς ἔχουσιν, οὕτω καὶ τῶν παροφθέντων ἄπορον γίγνεσθαι τὸν τῆς χρείας λόγον. ἀλλὰ σύ γε καλῶς ἅπαντα γυμνώσας τὰ προκείμενα κατὰ τὸν λόγον μόρια θεάσῃ τὴν τρίτην κοιλίαν, μέσην κειμένην τῶν τε δύο τῶν προσθίων καὶ τῆς τετάρτης τῆς ὀπίσω. τὸν γάρ τοι πόρον, ᾧ τὸ κωνάριον ἐπιβέβηκεν, ὄψει διήκοντα πρὸς τὴν μέσην κοιλίαν, ὡς φαίνεσθαι κατὰ τὴν ὀπὴν οὐ μικρὰς δύο, μίαν μὲν εἰς τοὐπίσω φερομένην πρὸς τὴν ἐπικρανίδα, δι᾽ ἧς καὶ καθεὶς ἤτοι διπυρήνην ἢ σπαθομήλην εὑρήσεις περαινομένην αὐτὴν εἰς τὴν ὀπίσω κοιλίαν, ἑτέραν δὲ τὴν ἐν τῷ πυθμένι τῆς μέσης κοιλίας κάτω φερομένην. ἀλλὰ τό γε κωνάριον, ἐπειδὰν γυμνώσῃς μὲν αὐτὸ τῶν περικειμένων, φυλάξῃς δ᾽ ἐπικείμενον τῷ πόρῳ, καταπίπτειν εἴωθεν, οὐκ ὀρθῶς ἑστάναι, καθάπερ ὅτ᾽ ἠμφίεστο τοῖς

modo anatomen peccant, qui male aggrediuntur incidere, fed etiam in naturales ipfius rationes. Neceffe quidem eft, quemadmodum eorum, quae vere in diffectionibus confpiciuntur, utilitas eft mirifica, fic etiam perperam infpectorum fermonem utilitatis reddi vacuum. Tu vero, omnibus, quae hic propofitae funt, particulis probe detectis, tertium videbis ventriculum inter duos priores et quartum pofteriorem medium. Etenim meatum, cui conarium infidet, ad medium ventriculum pertingentem cernes; ut in foramine haud exigui duo appareant, unus quidem in pofteriora ad cerebellum tendens, per quem etiam demiffo vel fpecillo dipyreno appellato, vel fpathomela, deprehendes ipfum in pofteriorem ventriculum terminare; alter vero, qui in medii ventriculi fundo deorfum protendit; fed conarium, ubi a circumdatis ipfum nudaveris, eo, quod meatui incumbit, intacto, delabi folet, non rectum confiftere, ficut quando membranis cum

Ed. Chart. IV. [193.] Ed. Baf. I. (196.)

ὑμέσι μετὰ τῶν ἀγγείων· καὶ καταπίπτει γε τοὐπίπαν ὀπίσω ῥέπον.

Κεφ. ε΄. Ἐκδέχεται δ᾽ αὐτοῦ τὴν κατάπτωσιν ἀτρέμα περιφερῆ σώματα, περιγραφὰς μὲν ἰδίας πως ἔχοντα, μόρια δὲ ὄντα τοῦ παντὸς ἐγκεφάλου, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἔχοντα αὐτῷ. καὶ καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ σχήματος αὐτὰ τινὲς μὲν γλουτὰ, τινὲς δὲ διδύμια, ὅτι καὶ τοὺς ὄρχεις ὀνομάζουσι διδύμους, ὡς σεμνότερον ὂν οὕτως καλεῖν. ὁ δὲ εἰρημένος πόρος, ὃς ἐκ τῆς μέσης κοιλίας εἰς τὴν ὀπίσω διήκει, μεταξὺ τῶν γλουτῶν τούτων ἐστὶ σκεπόμενος ἰδίῳ χιτῶνι, τοιαύτην ἔχοντι οὐσίαν, οἵα περ ἡ συνάπτουσα πάντα τὰ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἀγγεῖα μῆνιγξ. διὸ προσέχων τὸν νοῦν ἐπιχείρει γυμνοῦν τῶν ἐπικειμένων αὐτὸν, εἰδὼς διασπασθησόμενον, εἰ ἀμελήσεις. ἐπίκειται αὐτῷ τι μόριον ἐγκεφάλου, περιγραφὴν ἔχον ἐν σχήματι παραπλησίως τῷ κατὰ τὰ ξύλα γεννωμένῳ σκώληκι. ἐντεῦθεν καὶ τοὔνομα, καλεσάντων τῶν ἀνατομικῶν ἐπίφυσιν σκωληκοειδῆ τοῦτο τὸ σκέπον ἅπαντα τὸν πόρον σῶμα. καὶ διττόν γε τὸ

vafis obductum erat; verum decidit magna ex parte deorfum vergens.

Cap. V. Excipiunt autem ipfius cafum leviter rotunda corpora; quae fane proprias quodammodo circumfcriptiones habent, fed totius cerebri funt particulae, eandemque cum ipfo fubftantiam fortiuntur, et nomen ipfis a figura imponunt quidam nates, aliqui gemellos, quoniam et teftes fic appellant gemellos, tanquam honeftius fit ita vocare. At meatus praedictus, qui ex medio ventriculo ad pofteriorem pervadit, inter has nates confiftit, peculiari velatus tunica, quae tali effentia conftat, quali et meninx, quae omnia cerebri vafa connectit. Quare diligentia adhibita ab incumbentibus ipfum detegere aggredieris, haud ignarus, divulfum iri, fi neglexeris. Caeterum particula quaedam cerebri ei incumbit, quae circumfcriptionem obtinet figura vermi fimilem in lignis enafcenti; hinc etiam nomen anatomici invenerunt excrefcentiam vermiformem corpus hoc, quod totum mea-

πέρας αὐτοῦ θεάσῃ, τὸ μὲν ἕτερον ἐν τοῖς πρόσω μέρεσιν ἐφεξῆς, ὡς εἴρηται, τῷ κωναρίῳ ἐκτεταμένον, ἕτερον δὲ ὀπίσω, μηδέπω φαινόμενον· ἐπίκειται γὰρ αὐτῷ τὸ ὑψηλὸν μέρος ἅπαν τῆς κατὰ τὸν ὀπίσθιον ἐγκέφαλον οὐσίας, ἧς τοῦ πέρατος λαβόμενος, ὃ τέτακται πλησίον τῆς ἀρχῆς τοῦ νωτιαίου μυελοῦ, πειρῶ πρὸς τὸ πρόσω (197) φέρειν, ὥσπερ ἀνακυλινδῶν, ἄχρις ἂν ἴδῃς ἕτερον σῶμα τοιοῦτον, οἷον σκώληξ ἐστί. καὶ τοίνυν, ὅταν εὕρῃς τοῦτο, περιαίρει κατὰ βραχὺ τὰ πλείω τῶν ἐπικειμένων σωμάτων, ὥστε μόνα λείπεσθαι τὰ κατὰ τοῦ πόρου, διττὸν ἔχοντα πέρας ἑκατέρωθεν, τοῖς εἰρημένοις σκώληξι τὸ σχῆμα παραπλήσιον. ὄψει δὲ ἐν τῷδε καὶ τὰ συνδοῦντα σώματα λεπτὰ τὴν προσθίαν ἐπίφυσιν σκωληκοειδῆ πρὸς τὰ παρακείμενα τοῖς γλουτοῖς ἑκατέρωθεν ἐγκεφάλου μόρια· τένοντας δὲ αὐτὰ καλοῦσιν ἔνιοι τῶν ἀνατομικῶν. ἐν τούτῳ δὲ καθεστώσης ἤδη σοι τῆς ἀνατομῆς, ἑκάτερον πέρας τῶν σκωληκοειδῶν ἀποφύσεων με-[194]ταχειριζόμενος ἐν μέρει, ποτὲ μὲν εἰς τὸ πρόσω τὸ σύμπαν σῶμα κίνει, ποτὲ δ' εἰς τοὐπίσω· λέγω δὲ πᾶν,

tum contegit, vocantes. Et duplex ipſius extremum ſpectabis; alterum in priore parte deinceps, ut expoſitum eſt, conario porrectum, alterum vero retro necdum apparens; nam tota elatior pars poſterioris cerebri ſubſtantiae ipſi ſuperjacet, cujus ſine prehenſo, qui prope ſpinalis medullae initium ſitus eſt, in anteriora feres ſic rurſum reflectendo, donec aliud ejusmodi corpus, qualis vermis eſt, conſpicias, quo ſane invento, paulatim auferas permulta ex corporibus, quae incumbunt; ut ſola relinquantur ea, quae juxta meatum duplex habent utrinque extremum dictis vermibus figura ſimile. Porro ſpectabis in hoc etiam corpora tenuia, quae excreſcentiam vermiformem ad particulas natibus cerebri utrinque adjacentes illigant; tendines autem ipſas nonnulli anatomicorum nuncupant. Jam vero, anatome in hoc tibi conſtituta, utrumque finem vermiformium proceſſuum viciſſim aggreſſus, nonunquam in anteriora totum corpus moveas, nonnunquam in poſteriora; dico autem totum, quod paulo

ε πολλῶν φαίνεται τῶν πρώτων συγκειμένη ῥιζῶν, οὕτω καὶ ιτασχίζεται πολυειδῶς. οὐδὲν γὰρ διαφέρει λύεσθαι λέγειν π᾽ ἀλλήλων τὸ προειρημένον ἄθροισμα τῶν νεύρων, ἢ κααοχίζεσθαι τὸ σύμπαν, ἀποσχιζομένων τῶν μερῶν. οὕτω δὲ ὶ καὶ διακρίνεσθαί τις ἀπ᾽ ἀλλήλων αὐτὰ λέγει, ἢ τοῦ ταντὸς ἀθροίσματος φύεσθαι τῶν μερῶν ἕκαστον, οὐ διοίσει. πρῶτον μὲν οὖν ἕκαστον αὐτῶν ἀποχωρεῖ μόριον εἰς τὸ κάτω τῆς κεφαλῆς φερόμενον, ἀγνοηθὲν τοῖς ἀνατομικοῖς. κοινὸν δ᾽ ἐστὶ τὸ τρῆμα τοῦ κρανίου, δι᾽ οὗ τοῦτό φέρεται κάτω, καὶ τῆς καρωτίδος ἀρτηρίας τὸ λείψανον ἀναφέρεταί τε πρὸς τὸν ἐγκέφαλον, ἓν καθ᾽ ἑκάτερον μέρος. εἰ δὲ καὶ μὴ λέγοιτό ποτε τοῦτο, προσυπακούειν αὐτὸ χρὴ διὰ παντὸς ἅπαξ ἀκηκοότας ἄρτι· μηδὲν μήτε τῶν ἐξ ἐγκεφάλου, μήτε τῶν ἐκ νωτιαίου νεύρων ἄζυγὲς ὑπάρχειν, ἀλλ᾽ ἀεὶ τὸ μὲν ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὸ δὲ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσιν, ἀκριβῶς ἀλλήλοις ἴσα τὸ μέγεθος.

ex multis primo videtur radicibus componi, ita quoque multifariam difcinditur. Nihil enim intereft, five folvi a fe ipfis invicem praedictam nervorum collectionem dixeris, five difcindi totum, quum partes dehifcant: nec fecus intererit, five partes ipfas a fe ipfis mutuo difcriminari dicas, five earum unamquamque a tota collectione nafci. Prima igitur ipforum particula fecedit in inferiorem capitis partem tendens, id quod diffectionis profeffores latuit. Commune autem eft cranii foramen, per quod *tum haec nervorum portio* deorfum fertur, tum *ipfius* carotidis feu foporariae reliquum ad cerebrum afcendit, ab utroque certe latere una. Nam fi hoc quandoque in oratione non dicatur, fubaudiendum tamen a vobis perpetuo eft, ut qui femel nuper audieritis, nullum vel a cerebro vel dorfali medulla prodeuntium nervorum non conjugatum effe, (ultimo eo excepto, qui a dorfali medulla progrediente enafcitur, ille enim folus fine conjugio eft, propterea quod dorfalis medulla jam in nervos abfumpta fuerit,) fed femper a dextra alterum, alterum a finiftra, mutua fibi ipfis magnitudine exquifite aequales,

ὅπως μὲν οὖν ταῦτα τὰ νεῦρα φέρεται διά τε τοῦ τραχήλου καὶ τοῦ θώρακος εἰς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία, [243] καὶ τίς αὐτῶν ἡ νομὴ, προϊὼν ὁ λόγος ἐξηγήσεται· νῦν δὲ ἐπὶ τὰ λοιπὰ μόρια τῆς τρίτης συζυγίας ἀνέλθωμεν. ἐκπίπτουσα γὰρ τοῦ κρανίου ψαύει μὲν τῆς δευτέρας, οὐ μὴν ἀναμίγνυται ταύτῃ, καθάπερ ἄλλαι τινὲς μίγνυνται, σχίζεται δὲ πολυειδῶς, ὡς ἔφην. αὐτίκα γοῦν ἐκπίπτει τι μόριον αὐτῆς παρὰ τὴν διάρθρωσιν τῆς γένυος εἰς τὰ πρόσω τῶν ὤτων, ὅσοις ἀπὸ τῆς πέμπτης συζυγίας ἥκουσιν ὅπως ἀναμίγνυται, μικρὸν ὕστερον ἀκούσεις. τοῦτο μὲν οὖν μικρόν τι μόριόν ἐστιν αὐτῆς. τὸ δὲ οἷον πρέμνον ἁπάντων τῶν ἀπ' αὐτοῦ πεφυκότων μερῶν ἐν λόγῳ κλάδων τε καὶ ἀκρεμόνων δίχα μὲν σχίζεται τὸ πρῶτον, ἑκάτερον δ' αὖθις ἐκείνων εἰς πολλὰ μόρια, τὸ μὲν ἕτερον εἴς τε τοὺς κροταφίτας μῦς καὶ τοὺς μασσητῆρας ὀνομαζομένους, ὅσοι τε ἄλλοι τῆς ἄνω γένυος ἐκπεφύκασιν, διανεμόμενον· ἔστι δὲ καὶ τοῖς οὔλοις ὀνομαζομένοις καὶ τοῖς ὀδοῦσι καὶ

exoriri. Quo igitur modo nervi hi per collum ac thoracem ad eas quae infra septum transversum sunt partes ferantur, et quaenam eorum sit distributio, procedens oratio declarabit; nunc ad reliquas tertiae conjugationis partes revertamur. Nam quum illa e calvaria excidit, secundum quidem attingit, non ei tamen permiscetur, quemadmodum aliae quaedam, uti narrabimus, sed varie, veluti jam diximus, scinditur. Confestim igitur excidit particula ipsius ad maxillae dearticulationem in anteriorem aurium partem, nervis a quinta conjugatione provenientibus permixta; quo autem modo permisceatur, paulo post audies. Haec porro exigua quaedam ipsius est particula. Atqui veluti truncus est omnium ab ipso nascentium partium, quae et ipsae ramorum ac virgultorum rationem obtinent; bifariam primo scinditur; deinde utrumque ipsorum membrum in multas secatur particulas. Et alterum quidem tum in musculos temporales et mansorios distribuitur, tum in omnes etiam alios, qui a superiori maxilla exoriuntur; gingivis praeterea

τῷ δέρματι τῷ περὶ τὸ πρόσωπον ἐκ τούτων τῶν νεύρων· τὸ δὲ ἕτερον εἴς τε τὰς ῥίζας τῶν κατὰ τὴν κάτω γένυν ὀδόντων σχίζεται, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν, ἣν ἐσχίσθη τὸ πρότερον εἰς τοὺς ἄνω, καὶ τοῖς οὔλοις δ' ἀπονεμήσεις ὁμοίως πέμπει, καὶ τοῖς κάτω χείλεσιν, ὥσπερ ἐκεῖνο τοῖς ἄνω. τὸ πλεῖστον δ' αὐτοῦ μέρος εἰς τὸν τῆς γλώττης διανέμεται χιτῶνα, καὶ καλοῦσί τινες τὸ ζεῦγος τοῦτο τῶν νεύρων γευστικὸν, ἐπειδὴ δι' αὐτῶν ἡ τῆς γεύσεως αἴσθησις γίγνεται. τοιαύτη μέν τις καὶ ἡ τῆς γ' συζυγίας τομή. λέλεκται δὲ καὶ περὶ τῆς δ', ἣν ὀρθῶς ὁ Μαρῖνος εὗρεν ἀποχωριζομένην τῆς τρίτης, ἐπί τε τὴν ὑπερῴαν ἀφικνουμένην, ἣν ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν λέγομεν.

Κεφ. ϛ'. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη συζυγία νεύρων, ἣν Μαρῖνος ὀνομάζει πέμπτην, καίτοι γε οὐκ ἐκ μιᾶς ἀκριβῶς ῥίζης ἀνίσχουσαν, ἀλλ' εἰσὶ μὲν πλησίον ἀλλήλων, ἕτερον δ' ἐξ ἑτέρας ἐκφύεται νεῦρον· ἐν μὲν τοῖς πρόσω

dentibusque ac cuti, quae circa faciem est, per hos nervos sensus est. Alterum vero membrum tum ad dentium, qui in inferiori sunt maxilla, radices scinditur, eadem nimirum proportione, qua prius membrum in superioris maxillae musculos scindebatur, tum ipsis etiam gingivis ac labris inferioribus distributiones ac propagines, perinde ac illud superioribus, mittit. Plurima autem ejus pars in linguae tunicam dissipatur. Et hoc nervorum par gustatorium aliqui appellant, quandoquidem per hos gustandi fit sensus. Talis igitur est tertiae conjugationis distributio. Dictum praeterea est et de quarta, quam recte a tertia sejunctam et ad palatum pervenientem invenit Marinus; de qua et nos quoque in libris de administrationibus anatomicis differimus.

Cap. VI. Deinceps vero altera est nervorum conjugatio, quam Marinus quintam nominat; quamvis non ex una exquisite radice exurgat, sed sibi mutuo vicinae sunt alterque ex altera exoritur nervus. Ac in anteriori

μᾶλλον ὃ καλοῦσιν ἀκουστικὸν, εἰς τὸ τρῆμα τῆς ἀκοῆς ἐκπῖπτον ἅμα τῇ συνεκφυομένῃ μήνιγγι τῇ σκληρᾷ, μεθ' ἧς πλατυνθὲν ὑπαλείφει τὸν πόρον, ἐκ δὲ τῶν ὀπίσω θάτερον εἰς ἕτερόν τι τρῆμα τοῦ λιθοειδοῦς ἐκπῖπτον ὀστοῦ τὸ καλούμενον τυφλόν· ὠνόμασαν γὰρ οὕτως οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνατομικῶν αὐτὸ, μὴ δυνηθέντες ἀκριβῶς ἀνατρῆσαι τὴν ἕλικα, δι' ἧς ἐκπίπτει τὸ νεῦρον πρὸς τὸ ἐκτὸς ὀπίσω τῶν ὤτων. ἐπιμίγνυται δ' αὐτίκα καὶ τοῦτο τῷ κατὰ τὴν γ' συζυγίαν εἰρημένῳ διεκπίπτειν ἔξω παρὰ τὴν διάρθρωσιν τῆς γένυος, οὐκ ἐκείνου πρὸς τοῦτο ἀφικνουμένου, περιμένοντος δὲ τοῦτο πρὸς ἑαυτὸ παραγιγνόμενον. ἐξ ἀμφοτέρων δὲ αὐτῶν μιχθέντων τὸ πλεῖστον μέρος, ἄμεινον δ' εἰπεῖν, ὀλίγου δεῖν ἅπαν εἰς τὸν πλατὺν μῦν κατασχίζεται, τὸν ὑποπεφυκότα τῷ δέρματι, τὸν τὴν γνάθον κινοῦντα χωρὶς τῆς γένυος, ὃν ἡμεῖς εὕρομεν δῆλον, καὶ τοῦτον ἑκατέρωθεν ὄντα. μεμνῆσθαι γὰρ χρὴ τοῦ πάντων ἀκούειν κατὰ συζυγίαν, εἰ καὶ παραλείποιτό ποτε κατὰ

quidem magis parte, qui auditorius vocatur, qui una cum dura cerebri meninge simul exoriente in auditus foramen incidit, cum qua in latitudinem sese explicans meatum sublinit. A posteriori vero parte alter in aliud quoddam petrosi ossis foramen incidit, quod caecum appellatur: sic enim veteres anatomici hoc foramen nominant, propterea quod anfractum illum, per quem nervus foras post aures excidit, haud possent perfecte perforare. Statim vero et hic nervus illi tertiae conjugationis nervo, qui foras excidere apud maxillae dearticulationem dictus est, permiscetur; non quod ille ad hunc perveniat, sed quod hunc ipsum ad se adventantem expectet. Ex utrisque autem commixtis maxima pars vel, ut melius dicam, totum fere in latum musculum scinditur, qui cuti subnascens buccam sine maxilla movet; qui sane a nobis unus nimirum, et ipse utrinque existens, inventus est. Nam te semper hoc meminisse oportet, et in omnibus per conjugationem intelligas, licet quandoque in oratione praetermittatur.

τὴν λέξιν. τοιαύτη μὲν οὖν καὶ ἡ τῆς πέμπτης συζυγίας νομή. κείσθω γὰρ εἶναι μία διὰ Μαρῖνον, εἰ καὶ διττὴ φανερῶς ἐστιν.

Κεφ. ζ'. [244] Ἡ δὲ ἕκτη συζυγία τῶν ἀπ' ἐγκεφάλου νεύρων κέχρηται τρήματι τῷ κατὰ τὸ κάτω πέρας τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς. ἀρχὰς δ' εὐθὺς ἐξ ἐγκεφάλου τριῶν ἔχει νεύρων, ἐκπεσόντα δ' ἔξω τοῦ κρανίου ταῦτα πολυειδῶς ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς παρακειμένοις, ἃ μικρὸν ὕστερον ἐρῶ, μίγνυται.

Κεφ. η'. Λοιπὴ δ' ἐστὶν ἡ ἑβδόμη συζυγία τῶν ἀπ' ἐγκεφάλου νεύρων, τῷ πλείστῳ μέρει σφῶν αὐτῶν εἰς τοὺς τῆς γλώττης μῦς διανεμομένη. μικρὸν γάρ τι μόριον αὐτῶν ἀεὶ μὲν εἰς τοὺς κοινοὺς μῦς ἀφικνεῖται τοῦ τε θυρεοειδοῦς χόνδρου τοῦ λάρυγγος καὶ τῶν ταπεινῶν πλευρῶν τοῦ λαμβδοειδοῦς, οὐκ ἀεὶ δὲ καὶ εἰς ἄλλους τινάς.

Κεφ. θ'. Ἐπιμίγνυται δ', ὡς ἔφην, ἀλλήλοις τὰ κάτω τῆς κεφαλῆς φερόμενα νεῦρα, τό τε ἀπὸ τῆς γ' συζυ-

Ejusmodi igitur eſt diſtributio quintae conjugationis; nam licet manifeſte duplex exiſtat, una tamen propter Marinum eſſe concedatur.

Cap. VII. Sexta vero nervorum a cerebro orientium conjugatio una quidem utitur foramine, quod prope inferius ſuturae lambdoeideos extremum ſitum eſt. Quum primum tamen ex cerebro oritur, trium habet principia nervorum, qui cum extra calvariam excidunt, varie tum inter ſeipſos, tum cum adjacentibus, de quibus paulo poſt dicam, miſcentur.

Cap. VIII. At ſeptima reliqua eſt conjugatio nervorum a cerebro orientium, quae maxima ſui ipſorum parte in linguae muſculos diſtribuitur, nam quaedam parva ipſorum particula in eos quidem ſemper pervenit muſculos, qui thyroïdi (*ſcutiformi*) laryngis cartilagini, tum humilibus lambdoeidis oſſis lateribus communes ſunt; in alios autem quosdam non ſemper.

Cap. IX. Commiſcentur autem, ut diximus, inter ſeſe nervi infra caput tendentes, tum qui a tertia con-

γίας καὶ τῶν νῦν εἰρημένων ἐσχάτων δυοῖν. καὶ μέντοι καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ νωτιαίου νεύρων ἥ τε πρώτη καὶ ἡ δευτέρα συζυγία πολλὴν ἐπιμιξίαν ποιεῖται πρὸς ταῦτα τὰ νεῦρα. καὶ πολλάκις μέν σοι δόξει τὸ διῆκον ἐκ τοῦ ἑτέρου πρὸς (206) τὸ ἕτερον οἷον δεσμός τις εἶναι μόνον ἀμφοῖν κοινός· ἐνίοτε δὲ τὸ μὲν ἕτερον τῶν νεύρων αὐξάνει, ὡς προστιθὲν ἀναμιγνύμενον, ἔλαττον δὲ ἐργάζεται θάτερον, ὡς ἂν ἀποχωρισθὲν αὐτοῦ. διὸ καὶ τεταραγμένοι τε πάντες εἰσὶν οἱ ἀνατομικοὶ περὶ τὴν τούτων τῶν νεύρων γνῶσιν, ἀλλήλοις τε διαπεφωνήκασιν ἐπὶ πλεῖστον, ἠγνοήκασι δὲ τὸ πλεῖστον ἐν ἑκάστῳ. τινὰ μὲν γὰρ, οὐδὲ διὰ παντὸς οὐ μόνον ἐπὶ πάντων φερόμενα τῶν ζώων, ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ μόνων τῶν πιθήκων, ὡς μηδέποτε ἄλλως ἔχοντα γεγράφασιν· ἔνια δ' οὐ μόνον ἐπὶ τῶν πιθήκων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὧν ἓξ ὑπάρχειν γένη δείκνυμι κατὰ τὰς ἀνατομικὰς ἐγχειρήσεις, ὡσαύτως ἔχειν διαπαντὸς, ἠγνόηται τελέως

jugatione, tum etiam qui a duabus noviſſime dictis proveniunt. Quin etiam nervorum a dorſali medulla naſcentium prima et ſecunda conjugatio multam cum his nervis commixtionem facit; tibique ſaepius quidem, quod ex altero ad alterum pervenit, veluti vinculum quoddam duntaxat ambobus commune eſſe videbitur, nonnunquam vero id ipſum alterum quidem nervorum auget, tanquam ad illum acceſſerit, ſeſe cum eo admiſcens, alterum vero minorem reddit, tanquam ab ipſo receſſerit. Quapropter in his nervis cognoſcendis confuſi ſunt omnes anatomici, et inter ſeſe maximopere diſcreparunt, ac in unoquoque plurimum ignorarunt. Nam quaedam, quae non ſolum in cunctis animalibus non apparent perpetuo, ſed ne in ſimiis quidem ſolis, ipſi, ac ſi nunquam aliter ea ſeſe haberent, aſſeveranter ſcripſerunt; quaedam vero non in ſimiis ſolum, ſed in aliis etiam animalibus, quorum ſex eſſe genera in libris de anatomicis adminiſtrationibus oſtendo, ſimiliter perpetuo ſe habere, omnino ignorarunt. Exempli cauſa omnibus propriis gut-

ὑτοῖς. αὐτίκα γέ τοι, ὅπως τοῖς ἰδίοις τοῦ λάρυγγος μυσὶ ι τῆς ἕκτης συζυγίας ἀπονενέμηται νεῦρα κατὰ τρεῖς ἐκ-ύσεις ἑκατέρωθεν, ὡς εἶναι τὰς πάσας ἕξ. ἔγνωσαν δ' νιοι μὲν τὰς δύο μόνας αὐτῶν, ἔνιοι δ' οὐδὲ ταύτας.

Κεφ. ι'. Οἵ γε μὴν κοινοὶ πρὸς ἄλλα μόρια τοῦ άρυγγος μύες οὐ διὰ παντὸς ἀπὸ τῆς ϛ' συζυγίας λαμ-ἰάνουσι νεῦρα, καθάπερ οὐδὲ οἱ τὸ λαμβδοειδές τε καὶ)οειδὲς ὀστοῦν ὀνομαζόμενον τῷ στέρνῳ συνάπτοντες· ὑπὲρ ὧν ἀκριβοῦται μὲν ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν, ἐν αἷς καὶ περὶ τῶν τριῶν λέγεται νεύρων τῆς νομῆς, τῶν διὰ τοῦ τρήματος, ὃ κατὰ τὸ τέλος ἐστὶ τῆς λαμβδοειδοῦς ῥαφῆς, εἰρημένων ἐκφύεσθαι, [245] καίτοι γε ἑκάτερον ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ἓν εἶναι νομίζουσιν, ὃ παραπεφυκὸς ταῖς καρωτί-σιν ἀρτηρίαις εἰ βρόχῳ διαλαμβάνομεν, τὸ ζῶον αὐτίκα ἄφωνον γίνεται. παρὰ τούτων μὲν οὖν καὶ οἱ τοῦ λάρυγγος μύες ἀποβλαστήματα λαμβάνουσιν. τῶν δὲ ἄλλων δυοῖν τὸ μὲν εἰς ἑκατέρους τοῦ φάρυγγος μῦς καὶ τῆς γλώττης

turis mufculis nervi a fexta conjugatione fecundum tres ab utroque latere infertiones diftributi funt, ut eae omnes fex numero exiftant. Noverunt autem nonnulli quidem duas duntaxat ipfarum; nonnulli vero neque has.

Cap. X. Sane laryngis mufculi, qui cum aliis partibus communes funt, non femper a fexta conjugatione nervos fufcipiunt, quemadmodum nec qui os lambdoides et hyoειdes dictum fterno connectunt, de quibus in libris de adminiftrationibus anatomicis exquifite pertractatur. In quibus etiam libris de trium illorum nervorum diftributione traditur, qui per id foramen, quod prope finem futurae lambdoideos eft, dicuntur exoriri, quamvis omnes fere in utroque latere unum effe, carotidibus (*foporariis*) nimirum arteriis inhaerefcentem, exiftiment, quem fi laqueo intercipias, mutum confeftim reddetur animal. Ab his igitur nervis etiam laryngis mufculi propagines fufcipiunt. Reliquorum vero duorum alter tum in faucium mufculos, tum in linguae radicem,

τὴν ῥίζαν ἀφικνεῖται, τὸ δὲ ἐπί τε τὸν τῆς ὠμοπλάτης μῦν καὶ τὸν πλατὺν καί τινας ἄλλους τῶν τῇδε. λελήθασι δ' αὐτοὺς καὶ τῶν παραφυομένων ταῖς ἀρτηρίαις οὐκ ὀλίγαι τῶν ἀποφύσεων, ἃς διά τε τοῦ τραχήλου καὶ τοῦ θώρακος φερόμενα ποιεῖται, πρὶν ἐμπίπτειν τῷ σώματι τῆς γαστρός, εἰς ὅπερ ἡ πλείστη μοῖρα καταφύεταί τε καὶ διασπείρεται τῶν νεύρων τούτων. ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμαστὸν, ὅτι ταῖς μὲν φρεσὶν ἐξ αὐτῶν τινα λέγουσιν ἀπονέμεσθαι μόρια, μηδ' ὅλως λαμβανουσῶν τῶν φρενῶν ἐκ ταύτης τῆς συζυγίας μηδὲ τὸ σμικρότατον· ὅτι δ' ἐκ μέσου τοῦ θώρακος ἀνάπαλιν ἥκει τινὰ μόρια ἐκ τούτων τῶν νεύρων ἐπί τινας τοῦ λάρυγγος μῦς, οὐκ ἔτι λέγουσιν, οὐδ' ἥντινα δύναμιν ἔχουσιν ταῦτα. καί τοι τοιαῦτα τῆς ἀφωνίας ἐστὶν αἴτια τοῖς ζώοις βλαβέντα, καὶ ἡ μεγάλη συζυγία τῶν παρὰ τῆς ἀρτηρίας νεύρων, ὅτι ταῦτά ἐστιν αὐτῶν μόρια, τὴν φωνὴν ἀναιρεῖν πέφυκεν, εἰ βλαβείη. ποικίλη δὲ καὶ ἡ μετὰ τὰς

alter tum in ſcapulae muſculum et latum, tum alios quosdam, qui inibi ſunt, pervenit. Ipſos etiam anatomicos latuerunt non paucae propagines eorum nervorum arteriis carotidibus inhaereſcentium, quos ſolos plurimi (ut dixi) ſextam eſſe conjugationem exiſtimant; quas quidem propagines illi, dum per collum et thoracem feruntur, faciunt, antequam ori ventriculi, in quod plurima iſtorum nervorum portio inſeritur ac diſſeminatur, incidant. Illud certe admiratione eſt dignum, quod quasdam ex his nervis particulas in ſeptum transverſum diſtribui dicant, quum tamen ipſum ne minimam quidem omnino ex hac conjugatione portionem ſuſcipiat. At quod viciſſim ex medio thorace nonnullae horum nervorum portiones ad quosdam laryngis muſculos veniant, non etiam dicunt, nec quam facultatem hi nervi habeant; quanquam ſi hi laeſi fuerint, cauſae ſunt, ut animali vox deficiat. Et magna nervorum arteriis inhaerentium conjugatio propterea, quod hi eorum particulae ſunt, vocem deſtruere, ſi laedatur, poteſt. Varia autem

φρένας νομὴ τῶν νεύρων τούτων. καὶ γὰρ παρὰ τοῦ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος νωτιαίου λαμβάνει τινὰ μόρια, καὶ διασπείρει πρὸς τὰ ταύτης σπλάγχνα, καὶ τοῖς εἰρημένοις ἔμπροσθεν ἀπὸ τῆς τρίτης συζυγίας καταφέρεσθαι διά τε τοῦ τραχήλου καὶ τοῦ θώρακος ἀναμίγνυται. καίτοι γε ἅπαντες αὐτὰ πάλιν ταῦτα τὰ παρὰ τὰς ῥίζας τῶν πλευρῶν καταφερόμενα τῆς ἕκτης συζυγίας ἀποβλαστήματα εἶναι δοκοῦσιν. ποικίλη δὲ καὶ ἡ τούτων ἐπιμιξία πρός τε τὰ τῶν μεσοπλευρίων νεῦρα καὶ τὰ κατ' ὀσφὺν σχεδὸν ἅπαντα τὰ σμικρὰ καὶ τὸ λείψανον τῶν ἐπὶ τὸ στόμα τῆς κοιλίας ἐλθόντων. ποικίλη δὲ νομὴ καὶ κατὰ τὴν ἐκτὸς τοῦ περιτοναίου χώραν, ἣν οὐ πρόκειται νῦν εἰς ἐσχάτην ἀκρίβειαν ἐξηγήσασθαι. ἀλλὰ μὴν ἱκανῶς ἐστιν οὐκ ἀγνοεῖν, ὅτι εἰς τὸ ἧπάρ τε καὶ τὸν σπλῆνα καὶ τοὺς νεφροὺς, ἔτι δὲ πρὸ τούτων εἰς ὅλην τὴν γαστέρα καὶ πάντα τὰ σπλάγχνα τὰ ἐξ ἐγκεφάλου νεῦρα ταύτῃ μὲν ἀπὸ τῆς τρίτης, ὡς εἴρηται, συζυγίας, ταύτῃ δὲ τῆς ἕκτης ἀφικνούμενα

est horum nervorum infra septum transversum distributio. Nam et quasdam particulas a dorsali medulla, quae illic est, suscipit, et ad viscera, quae inibi sunt, disseminatur, et iis etiam, quos superius a tertia conjugatione per collum ac thoracem deferri diximus, admiscetur. Quanquam rursus hi ipsi nervi, qui ad costarum radices deferuntur, sextae conjugationis esse propagines ab omnibus existimantur. Varia igitur est et horum nervorum commixtio tum cum intercostalium nervis, tum iis fere omnibus, qui ad lumbos parvi feruntur, tum postremo cum eorum nervorum reliquiis, qui ad ventriculi os veniunt. Varia denique est et quae intra peritonaei regionem est distributio, quam nunc mihi ad exquisitam diligentiam elaborare non est propositum. Sed satis est, si non ignoremus, quod ad jecur et lienem et renes, adhucque etiam ante haec ad totum ventrem ac ad omnia viscera nervi a cerebro partim a tertia (ut dictum est) conjugatione, partim a sexta pervenire con-

Ed. Chart. IV. [245. 246.]

φαίνεται. ὅτι δὲ καὶ ὁ πνεύμων τε καὶ ἡ καρδία ἀπὸ τῆς ἕκτης συζυγίας τινὰ τῶν νεύρων μοῖραν ἐν τῷ τραχήλῳ λαμβάνουσιν, ἅπαντες μὲν δὴ ἐγνώρισαν. ἀλλὰ μὴν περὶ νεύρων τῶν ἀπ᾽ ἐγκεφάλου ἐπιφυομένων ταῦτα τοῖς εἰσαγομένοις ἐξαρκεῖ. περὶ δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ νωτιαίου ἀφικνουμένων ἐφεξῆς λεκτέον, ἐν οἷς οἱ πάντες ἀνατομικοὶ ἥμαρτον. τὰς δὲ τῶν σφαλμάτων αἰτίας νῦν μὴ καιρός ἐστι διεξέρχεσθαι, ἐπειδὴ αὐτὰς ἤδη ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν ἐξηγησάμην. ἀλλ᾽ ὅμως τῶν παλαιῶν μεμνῆσθαι διὰ τοῦτο ἀναγκάζομαι, ὅτι γ᾽ ἐκείνοις τοῖς αὐτῶν βιβλία μὲν ἀναγιγνώσκουσιν, ἀλλὰ μὴ μετ᾽ ἐμοῦ τὰ διὰ τῶν ἀνατομῶν φαινόμενα εἰσορῶσιν ἄδηλον εἶναι δόξει, πότερον ἅπαντες ἐκεῖνοι ἢ μόνος ἐγὼ ἥμαρτον.

Κεφ. ια΄. [246] Πρώτη μὲν οὖν συζυγία τῶν ἀπὸ τοῦ νωτιαίου νεύρων ἐκφύεται διατετρημένου τοῦ πρώτου σπονδύλου τρήμασι τούτων τῶν τοῖς πρώτοις ς΄ σπονδύλοις κοινῶν ὑπαρχόντων διαφερομένοις. τὰ μὲν γὰρ ἐν ταῖς ἐγκαρσίαις ἀποφύσεσίν ἐστι καὶ οὐδαμῶς τοῦ μυελοῦ ἅπτονται· τὰ δὲ

ſpiciuntur. Quod autem pulmo ac cor a ſexta conjugatione quandam nervorum portionem in collo ſuſcipiunt, omnes certe novere. Verum de nervis a cerebro prodeuntibus haec iis, qui inſtituuntur, ſufficiunt. De iis vero, qui a dorſali medulla proveniunt, deinceps agendum, in quibus omnes diſſectionis profeſſores erraverunt. Erratorum autem cauſas nunc non eſt tempus proſequi, quandoquidem jam eas in adminiſtrationibus anatomicis narravimus. Antiquorum tamen ob id cogor meminiſſe, quod iis, qui eorum quidem libros legunt, haud tamen mecum quae per diſſectiones apparent inſpiciunt, incertum eſſe videbitur, utrum omnes illi, an ego ſolus peccaverim.

Cap. XI. Prima igitur conjugatio nervorum ex dorſali medulla prodeuntium exoritur perforata prima vertebra foraminibus diverſis ab iis, quae primarum ſex vertebrarum communia ſunt. Illa enim in transverſis ſunt proceſſibus ac nequaquam medullam tangunt; quae vero

Ed. Chart. IV. [246.]
ἁπτόμενα δύο ἐστὸν ἑτέρω, δι᾽ ὧν ἡ πρώτη νεύρων ἐκπίπτει συζυγία, μίαν μὲν ἔχουσα κατ᾽ αὐτὸν τὸν νωτιαῖον ῥίζαν, εὐθὺς δὲ δίχα σχισθεῖσα, τῷ μὲν ἑτέρῳ τῶν μορίων ὀπίσω φέρεται, τῷ δὲ θατέρῳ πρὸς τὰ πλάγια. αὕτη μὲν οὖν μικρά ἐστιν ἡ τῶν νεύρων συζυγία ἐν τούτοις τοῖς ζώοις, ἐν οἷς οἱ πρῶτοι σπόνδυλοι μικροί εἰσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς πιθήκοις, μεγάλη δὲ, ἐν οἷς μεγάλοι, ὥσπερ ἐν τοῖς καρχαρόδουσί τε καὶ κερασφόροις. ἐν τούτοις οὖν διὰ μὲν αὐτὸ τὸ μέγεθος ἡ νεύρων ἔκφυσις ἡ πρὸς τὰ πλάγια ἀφικνουμένη εἰς πλείστους μῦς διασπείρεται, τοὺς ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν εἰρημένους. ἐν πιθήκοις δὲ τοῖς τῷ ἀνθρώπῳ ἐν ἄλλοις τε πλείστοις μέρεσι καὶ μάλιστα ἐν τραχήλῳ ὁμοιοτάτοις εἰς μόνους τοὺς περὶ τὴν διάρθρωσιν τῆς κεφαλῆς μῦς ἡ πρώτη νενέμηται συζυγία, καὶ αὐτοὺς οὐκ ἀκριβῶς ὑπὸ τῶν ἀνατομικῶν ἐγνωσμένους.

Κεφ. ιβ'. Ἡ δὲ δευτέρα τῶν ἀπὸ τοῦ νωτιαίου συζυγία νεύρων ἐκ τῶν ὀπίσω μὲν ἀνίσχει καὶ αὐτὴ μερῶν, οὐ

tangunt, duo funt alia, per quae prima nervorum conjugatio excidit, quae unam quidem radicem apud medullam habet, mox bipartito fcinditur, ac altera quidem ejus particula retro, altera ad latus fertur. Itaque parva eft haec nervorum conjugatio in iis animalibus, in quibus primae vertebrae funt parvae, veluti in fimiis; magna vero, in quibus magnae, veluti in ferratos dentes habentibus et cornigeris; in his ergo ob ipfam certe magnitudinem nervorum exortus ad latera perveniens in plures mufculcs difpergitur, quos in anatomicis adminiftrationibus diximus. In fimiis vero, quae homini tum in plurimis aliis particulis, tum collo fimillimae funt, in eos tantum prima conjugatio diftribuitur mufculos, qui circa capitis dearticulationem funt; qui nec ipfi exacte ab anatomicis cogniti fuere.

Cap. XII. Secunda vero nervorum a dorfali medulla nafcentium conjugatio a pofterioribus quidem et ipfa emergit partibus, non tamen per ulla fane foramina,

Ed. Chart. IV. [246.]

μὴν διὰ τρημάτων γέ τινων, καθάπερ ἡ πρώτη. χώρα γάρ τίς ἐστι καθ᾽ ἑκάτερον μέρος τῆς ἀκάνθης γυμνὴ τῶν κατὰ τοὺς σπονδύλους ὀστῶν ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ τε πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου, καθ᾽ ἣν ἐκφύεται τὰ νεῦρα, μέρει μέν τινι καὶ ταῦτα διὰ τῶν πλαγίων ἐπὶ τὰ πρόσω φερόμενα, συμπλεκόμενά τε τοῖς κατὰ τὴν πρώτην καὶ τρίτην συζυγίαν νεύροις, ὥσπερ καὶ ἡ τρίτη τοῖς ἀπ᾽ ἐγκεφάλου ἐκφυομένοις· ἡ πλείστη δ᾽ αὐτῶν μοῖρα τοῖς ὀπίσω τοῦ τραχήλου διανέμεται μυσὶν, ἀφ᾽ ὧν αἱ τῶν πρώτων σπονδύλων πρὸς ἀλλήλους τε καὶ τὴν κεφαλὴν γίγνονται κινήσεις, μετὰ τοῦ καὶ διδόναι τι τοῖς πλατέσι μυσὶ τοῖς κινοῦσι τὰς γνάθους. ὅσον δ᾽ ὑπόλοιπον αὐτῶν ἐστιν, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφέρεται τοῦτο, τὴν ὀπίσω χώραν αὐτῆς ἅπασαν διαπλέκον, τά τε περὶ τὰ ὦτα μόρια, καὶ τὰ μέχρι τῆς κορυφῆς τε καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ βρέγματος. οὕτως μὲν καὶ τὸ εἰς πρόσω φερόμενον σχεδὸν καὶ αὐτὸ εἰς ἅπαν τὸ πρόσω τῆς κεφαλῆς μέρος διασπείρεται.

Κεφ. ιγ΄. Ἡ δὲ τρίτη συζυγία τῶν ἀπὸ τοῦ νωτιαίου

quemadmodum prima. Nam in utraque ſpinae parte locus quidam eſt oſſibus, quae ſunt in vertebris, nudatus, in medio primae et ſecundae vertebrae: per quem nervi exoriuntur, qui et ipſi quadam ſui parte per latera ad anteriora feruntur, nervis primae et tertiae conjugationis a cerebro prodeuntibus (ſicuti etiam tertia conjugatio) complicati. Plurima vero ſui ipſorum portione poſterioribus colli muſculis diſtribuuntur, a quibus primarum vertebrarum inter ſe et cum capite motiones fiunt, ſimul etiam quippiam latis muſculis buccas moventibus impertientes. Quicquid vero reliquum eſt ipſorum, ad caput aſcendit, poſteriorem ipſius totam regionem pertexens, partes etiam, quae circa aures ſunt, quaeque ad verticem et ſincipitis oſſis initium pertinent. Ita ſane et quod antrorſum fertur, propemodum et ipſum in totam anteriorem capitis partem diſſeminatur.

Cap. XIII. Tertia autem conjugatio nervorum a

d. Chart. IV. [246. 247.]

..ύρρων ἐκ μὲν τῶν πλαγίων μερῶν φύεται, καθ' ὃ συμ-
άλλοντες ἀλλήλοις ὁ δεύτερός τε καὶ τρίτος σπόνδυ-
ος ἐργάζονται τρῆμα κοινὸν στρογγύλον, ἴσον εὖρος τῷ
147] πάχει τοῦ νεύρου. σχιζομένη δ' αὐτίκα τῷ μὲν ἑτέρῳ
ῶν μερῶν ὀπίσω φέρεται διὰ βάθους τῶν ἐνταῦθα μυῶν,
ποvεμήσεις αὐτοῖς διδοῦσά τινας· ἔπειτα ἀνίσχει παρ' αὐτὴν
ὴν ἄκανθαν τῆς ῥάχεως. ἐντεῦθέν τε πάλιν ἐπὶ τὰ πρόσω
έρεται τὸ νεῦρον τοῦτο λοξὸν, εἰς τοὺς ὀπίσω τοῦ ὠτὸς
ῦς διασπειρόμενον, ἓν ἑκατέρωθεν· τοῦτο γὰρ ἀεὶ, κἂν
ὴ λέγω, ὑπό σου ἐνθυμούμενον βούλομαι. τῷ δὲ ἑτέρῳ
ῶν μερῶν πρόσω φερομένῳ αὐτὴ τρίτη ἡ συζυγία, καθ'
ν ὁ λόγος ἐστὶ, προσχώροις ἐκφύσεσιν ἐπιμίγνυται, ἀπο-
νεμήσεις τέ τινας ἄλλοις τε τοῖς ἐκεῖ οὖσι σώμασι, καὶ τοῖς
πλατέσι μυσὶ, τοῖς δὲ καὶ τούτοις πρόσω τοῦ ὠτὸς πέμπει,
καὶ τοῖς τὰς γνάθους κινοῦσι, καὶ τοῖς ἀνανεύουσιν ὅλον
τὸν τράχηλον ὀπίσω κατὰ τῆς συμπάσης κεφαλῆς διανέμεται.
ἐπιμίγνυται δ' αὐταῖς τὸ πρόσω φερόμενον ἀμφοτέραις ταῖς

dorfali medulla *venientium* ex transverfis partibus oritur, ubi fecunda et tertia vertebra inter fe mutuo congredientes commune rotundum efficiunt foramen, quod nervi craffitudini latitudine eft aequale. Statim vero fcinditur, ac altera quidem parte retrorfum fertur, diftributiones quasdam per profundum mufculorum, qui inibi funt, exhibens; poftea ad ipfius fpinae apicem exurgit, indeque rurfus nervus hic obliquus in anteriora tendit, in mufculos, qui poft aurem funt, differminatus, ab utraque parte unus; nam id femper, licet non dicam, te animo concipere volo. Altera vero parte, quae in anteriora fertur, tertia haec conjugatio, de qua nunc habetur fermo, vicinis exortibus permifcetur, diftributionesque quasdam tum aliis, quae illic funt, corporibus, tum latis mufculis, tum vero iis etiam, qui funt ante aurem, mittit, *mufculisque buccas moventibus et iis, qui collum totum cum univerfo capite retro erigunt, diftribuitur. Pars vero, quae ante fertur, utrique conjugationi, fecundae*

Ed. Chart. IV. [247.]

συζυγίαις, τῇ τε πρόσθεν εἰρημένῃ τῇ δευτέρᾳ καὶ τῇ μετὰ ταῦτα ῥηθησομένῃ τῇ τετάρτῃ. καὶ τήν γ᾽ ἀκριβῆ νομὴν, ἣν ἐν τοῖς πρόσω τοῦ τραχήλου μέρεσιν ἡ σύζευξις αὐτῶν ἴσχει, καθ᾽ ἕτερον εἰρήσεται λόγον. ἐν δὲ τῷ παρόντι χρὴ γινώσκειν τοσοῦτον, ὡς ἡ τρίτη καὶ τετάρτη συζυγία τοῖς τε κοινοῖς τοῦ τραχήλου καὶ τῆς κεφαλῆς μυσὶν αὐτὴ χορηγεῖ τὰ νεῦρα, καὶ τοῖς τὰς γνάθους κινοῦσιν, ὥσπερ γε καὶ τοῖς ὀπίσω τῶν ὤτων ἅπασι μέρεσιν.

Κεφ. ιδ΄. Αἱ δ᾽ ἐφεξῆς συζυγίαι κοινὸν μὲν ἔχουσιν ἅπασαι τὸ διάτρημα, δι᾽ οὗ ἐκπίπτει τὰ νεῦρα, κοινὸν δ᾽ ἐπὶ τούτων καὶ τὸ σχίζεσθαι κατὰ μὲν τὴν ἔκφυσιν αὐτίκα, φέρεσθαί τε τῷ μὲν ἑτέρῳ τῷ ἐλάττονι εἰς τὰ πρόσω, τῷ δὲ ἑτέρῳ τῷ μείζονι διὰ βάθους· καὶ πρῶτον μὲν ὡς ἐπὶ τὴν ἄκανθαν, ἐντεῦθεν δὲ πάλιν εἰς τὰ πρόσω τοῦ πλατέος μυὸς τοῦ τὴν γνάθον ἀπάγοντος ἐπὶ τὰ πλάγια μέρη σὺν τοῖς χείλεσι, χωρὶς τοῦ κινῆσαι τὸ τῆς γένυος τῆς κάτω ὀστοῦν, ὃν μηδ᾽ αὐτὸν ἐγίνωσκον οἱ ἀνατομικοὶ, καίτοι

ſcilicet, cujus jam meminimus, et quartae, de qua mox loquemur, permiſcetur. Porro accuratam diſtributionem, quam in anterioribus colli partibus habet earum conjunctio, alibi explicabimus. Nunc vero id modo intellexiſſe ſatis erit, tertiam quartamque conjugationem nervos communibus colli capitisque muſculis, ac praeterea muſculis buccas moventibus, quemadmodum certe et partibus, quae ſunt poſt aures, ſuppeditare.

Cap. XIV. Quae vero ſubſequuntur conjugationes, commune quidem habent omnes, quod per foramen *duabus vertebris commune* nervi excidant; commune vero et in his, quod ſtatim in exortu ſcindantur, quodque altera parte, quae minor eſt, ad anteriora, altera, quae major, per profundum ferantur; ac primo quidem in ſpinae apicem, inde vero in anteriora rurſus feruntur per latum muſculum, qui buccas una cum labiis, citra hoc quod maxillae inferioris os moveat, ad latera abducit, quem neque ipſum anatomici novere, evidentiſſimam licet actio-

Ed. Chart. IV. [247. 248.]
σαφεστάτης τῆς ἐνεργείας ἐχόμενον. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο κοινὸν ἁπάσαις ταῖς ἐφεξῆς συζυγίαις ἐστὶν, ὡς αὐτίκα μετὰ τὴν πρώτην ἔκφυσιν ἀπονέμησίν τινα βραχεῖαν αὐτῶν εἰς τοὺς ῥαχίτας νέμεσθαι μῦς. Καὶ μέντοι κἀν τῷ φέρεσθαι πρὸς τὴν ῥάχιν ὀπίσω πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς νεύροις τούτοις κοινὸν, ἀποφύσεις τινὰς διδόναι τοῖς κοινοῖς τραχήλου τε καὶ κεφαλῆς μυσί. πάντες γὰρ οἵ τε ἐν τοῖς πρόσω τοῦ τραχήλου μύες, οἵ τ᾽ ἐν τοῖς πλαγίοις, ἀπὸ τούτων τῶν συζυγιῶν λαμβάνουσι νεῦρα, χωρὶς ἐκείνων, οὓς προεῖπον ἐκ τῶν ἀπ᾽ ἐγκεφάλου συζυγιῶν ἀπονέμεσθαί τι. ταῦτα μὲν οὖν ἁπάντων κοινὰ τῶν καθ᾽ ὅλον τὸν τράχηλον, τὸν μὲν τράχηλον (ἐν πᾶσιν αὐτοῖς ζώοις τοῖς μὴ πάνυ ἀνομοίας τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσεως ἐχομένοις) ἑπτὰ σπονδύλων ὄντα.

Κεφ. ιε΄. [248] Ὅσα δὲ καθ᾽ ἑκάστην εἰσὶν ἴδια, ταῦτα μὲν ἀκριβῶς καὶ ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσι προείρηται, νῦν δὲ καὶ κεφαλαιωδῶς ἐμὲ λέγειν, ὡς κατὰ δύναμιν μικροτάτῳ τῷ λόγῳ συλλαμβάνοντα, ἀναγκαῖόν

nem habeat. Commune hoc praeterea est omnibus deinceps conjugationibus, ut post primum statim exortum brevem quandam nervorum distributionem in musculos spinales exhibeant. Quinetiam omnibus his nervis commune est, ut ad spinam retrorsum ferantur ac nonnullas propagines musculis colli et capitis communibus impertiant. Omnes enim tum qui in partibus colli anterioribus, tum qui ad ejusdem latera sunt musculi, nervos ab his conjugationibus capiunt, praeter eos musculos, in quos a cerebri conjugationibus distribui nervos diximus. Haec igitur omnium nervorum, qui in toto collo habentur, communia sunt; quod certe collum in omnibus iis animalibus, quae non admodum diversam ab homine naturam obtinent, septem constat vertebris.

Cap. XV. Quae vero propria sunt in singulis, tum accurate quidem in anatomicis administrationibus dicta fuere, tum vero nunc quoque per capita ac summatim ea nos dicere, brevissimo quo possumus sermone compre-

Ed. Chart. IV. [248.]

ἐστιν. Οἱ μὲν πάντες ἐν τοῖς ἐμπροσθίοις τε καὶ πλαγίοις τοῦ τραχήλου μέρεσιν ὑπάρχουσι μύες, οἱ ἀπ᾽ αὐτῶν συζυγιῶν τὰ νεῦρα λαμβάνουσι, πλὴν τούτων μυῶν, εἰς οὓς ἀπὸ συζυγιῶν ἐξ ἐγκεφάλου ἐκφυομένων τι διανέμεσθαι προειρήκαμεν. Καὶ προεγνωσμένων τούτων, εὔδηλον ἤδη τὸ καθ᾽ ἑκάστην τῶν ἐφεξῆς συζυγιῶν ἴδιον, ᾧ πρόσεχε τὸν νοῦν. Ἀπὸ μὲν τῆς τετάρτης, ἥτις ἐκφύεται μεταξὺ τοῦ τρίτου καὶ τετάρτου σπονδύλου, βραχὺ πάντη νεύριον ἐν πιθήκοις ἐπὶ τὴν ἑξῆς ἀφικνεῖται συζυγίαν, ἀναμιγνύμενον αὐτῇ, καθ᾽ ὃ πρῶτον ἀνίσχει. ἐν τοῖς δ᾽ ἄλλοις ζώοις μὴ πολλάκις δὴ ταύτην ἀνάμιξιν γίνεσθαι συνορῶμεν. ἀπὸ δὲ ταύτης ἐφεξῆς ἡ πέμπτη συζυγία μετὰ τὸν τέταρτον σπόνδυλον ἐκφύεται· καὶ αὐτῆς ἕν μέν τι μόριον σμικρὸν εἰς τὸ κάταντες φέρεται, μελλῆσον, εἰ προσλάβοι τινὰ παρὰ τῶν ἑξῆς μόρια σμικρὰ, τὸ τοῦ διαφράγματος ἔσεσθαι νεῦρον. ἐκ μὲν γὰρ τῆς τετάρτης συζυγίας ἀραχνοειδῆ τινα μοῖραν τῷ διαφράγματι κατέπεμψεν ἡ φύσις· ἐκ δὲ τῆς πέμπτης

hendentes, eſt neceſſarium. Omnes ſane, tam qui in anterioribus, quam qui in lateralibus colli partibus ſunt muſculi, ab his conjugationibus nervos ſuſcipiunt, iis muſculis exceptis, ad quos a conjugationibus ex cerebro prodeuntibus aliquid diſtribui praediximus. His igitur praecognitis jam clarum erit, quidquid in unaquaque ſubſequenti conjugatione eſt proprium, cui tu animum adverte. A quarta conjugatione, quae inter tertiam et quartam vertebram enaſcitur, brevis admodum in ſimiis nervulus ad ſuccedentem pervenit conjugationem, illi, qua primum excidit, permixtus. In caeteris autem animalibus haud frequenter ſane hanc permixtionem fieri conſpicimus. Poſt hanc vero deinceps quinta conjugatio poſt quartam vertebram exoritur. Ac ejus ſane una quaedam parva portiuncula declivis fertur; quae ſi parvas quasdam a ſuccedentibus conjugationibus portiones asſumpſerit, ſepti transverſi nervus evadet. Ex quarta vero conjugatione portionem quandam araneoſam ad ſeptum transverſum natura transmiſit; ex quinta vero notabilem;

Ed. Chart. IV. [248.]

ἀξιόλογον· εἶτα ἐκ τῆς ς' ἑτέραν, ἐλάττω μὲν ταύτης, μείζω δὲ τῆς πρώτης. ἕτερον δὲ μεῖζον τούτου ἐπὶ τὸ τῆς ὠμοπλάτης ὑψηλὸν ἀναφέρεται, τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν ἐν τῷ κοινῷ λόγῳ τῆς κατασχίσεως εἴρηται. τῶν δ' ἐφεξῆς συζυγιῶν ἡ μὲν ἕκτη μετὰ τὸν πέμπτον, ἡ δὲ ἑβδόμη μετὰ τὸν ἕκτον, ἡ δὲ ὀγδόη μετὰ τὸν ἕβδομον ἀνίσχει σπόνδυλον, ἐκ τῶν κοινῶν, ὡς εἴρηται, τρημάτων, ἐπιμιγνύμεναι δ' ἀλλήλαις ἐπί τε τὰ σιμὰ τῶν ὠμοπλατῶν φέρονται καὶ τὸν βραχίονα διὰ τῆς μασχάλης.

Κεφ. ις'. Ἄλλη δ' ἐφεξῆς συζυγία αὐτῆς προειρημέναις ταῖς συζυγίαις ἐπιμίγνυται τὸ πλεῖστον μέρος ἐκ τῶν τοῦ θώρακος ἤδη σπονδύλων ἐκφυομένη μεταξὺ τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου κατ' αὐτόν. μέρος μὲν οὖν τι σμικρὸν αὐτῆς εἴς τε τὸ πρῶτον κατασχίζεται μεσοπλεύριον καὶ εἰς τοὺς ῥαχίτας ὀπίσω μῦς ἀφικνεῖται· τὸ δ' ἄλλο πᾶν ὑπὲρ τὴν πρώτην ἀνατεινόμενον πλευρὰν συνάπτεται τῷ μετὰ τὸν ἕβδομον σπόνδυλον νεύρῳ. κἄπειτα οὕτως ἄμφω τε ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα τὰ προειρημένα διὰ τῆς μασχάλης ἐπί τε τὰ

deinde aliam ex ſexta; ſed hujus minorem, prioris vero majorem. Altera vero hac major particula ad ſummum ſcapulae aſcendit: reliquum autem totum in communi ſciſſionis ratione dictum eſt. Ex ſuccedentibus porro conjugationibus ſexta quidem poſt quintam vertebram, ſeptima poſt ſextam, octava poſt ſeptimam ex communibus, ut dictum eſt, foraminibus excidit, quae poſtea ſibi mutuo permixtae ad ſcapulae ſima et ad brachium per axillam tendunt.

Cap. XVI. Alia vero deinceps conjugatio ex thoracis jam vertebris inter primam nimirum ac ſecundam exoriens plurimam ſupradictis conjugationibus ſui ipſius partem permiſcet. Portioque ſane non exigua ipſius in primum intercoſtale diſcinditur ac ad ſpinales muſculos retro pervenit; reliqua vero tota, ſuper primam coſtam extenſa, nervo, qui poſt ſeptimam colli vertebram eſt, copulatur. Deincepsque hoc modo cum ambae hae, tum caeterae praedictae partes per axillam in ſcapularum

Ed. Chart. IV. [248. 249.]
σιμὰ τῶν ὠμοπλατῶν καὶ τὸν βραχίονα φέρεται, μιγνύμενά πως πρὸς ἄλληλα καὶ ἀντεμπλεκόμενα. διανέμεται δὲ πολὺ μὲν αὐτῶν εἴς τε τοὺς βραχίονος μῦς καὶ τοὺς τοῦ πήχεως· ὅσον δὲ ὑπόλοιπον, εἰς ἄκραν χεῖρα διασπείρεται. κατ' εὐθὺ δὲ μάλιστά ἐστι τῇ μὲν ἐσχάτῃ τῶν εἰρημέ- [249]νων ἐκφύσεων, ὅσα πρὸς ἄκραν χεῖρα παραγίνεται νεῦρα· τῇ δ' ὑπὲρ αὐτῆς τὰ κατὰ τὸν πῆχυν· ὅσα δὲ κατὰ τὸν βραχίονα, καὶ ὅσα τούτων ἔθ' ὑψηλότερα, καὶ πρὸς τὴν μὲν ὠμοπλάτην ἀφικνεῖται νεῦρα, ταῖς ἀνωτέραις συζυγίαις ἐστὶ κατ' εὐθύ. οἵαν δὲ ὁδὸν διὰ τῆς ὅλης χειρὸς ποιεῖται, καὶ πῶς εἰς μυῶν ἕκαστον διανέμεται, ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν ἤδη εἴρηται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐξ ἁπάντων τοῦ θώρακος τῶν σπονδύλων ἐκφύεται νεῦρα, παραπλησίαν ἔχοντα τὴν νομὴν πάντα, πλὴν τοῦ κατὰ τὸ δεύτερον μεσοπλεύριον. ἐντεῦθεν γὰρ ἐκπίπτει σαφὲς νεῦρον ἐπὶ τὸ δέρμα τοῦ βραχίονος παραγινόμενον. αἱ δ' ἄλλαι πᾶσαι συζυγίαι κατὰ μὲν τὴν

ſima et brachium feruntur, inter ſeſe quodammodo permixtae ac complicatae. Ac magna eorum pars in brachii et cubiti muſculos diſtribuitur. Quod vero adhuc reliquum eſt, in ſummam manum diſſeminatur. E directo autem quodammodo potiſſimum ſunt ultimae quidem praedictarum propagini, quicunque ad ſummam manum pertingunt nervi; ei vero, quae ſupra hanc eſt, nervi, qui in cubito ſunt; quicunque autem in brachio ſunt, et quicunque his adhuc ſunt ſublimiores ad ſcapulamque perveniunt nervi, ſuperioribus conjugationibus ſunt e directo. Qualenam vero iter per totam manum faciant, ac quomodo in ſingulos muſculos diſtribuantur, in anatomicis adminiſtrationibus jam dictum eſt. Eodem etiam modo ex omnibus thoracis vertebris nervi exoriuntur, ſimilem omnes diſtributionem ſortiti, eo excepto, qui in ſecundo eſt intercoſtali. Inde enim manifeſte nervus excidit, ad brachii cutem accedens. Caeterae vero omnes conjugationes ſtatim quidem in exortu portionem quan-

Ed. Chart. IV. [249.]
ἔκφυσιν αὐτίκα μέρος τι τοῖς ῥαχίταις μυσὶ διδόασι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς κατὰ τὸ μετάφρενον, οἷον τοῖς τε τὰς ὠμοπλάτας κινοῦσι καὶ τοῖς ἄνω φερομένοις ἐπὶ τὴν κατ᾽ ὦμον διάρθρωσιν. ὅλως δὲ τῷ λοιπῷ καὶ πλείστῳ μέρει σφῶν αὐτῶν διὰ τῶν μεσοπλευρίων προερχόμεναι μέχρι τοῦ κατὰ τὸ στέρνον ὀστοῦ τούς τ᾽ ἐν αὐτοῖς τοῖς μεσοπλευρίοις μῦς διαπλέκουσι καὶ τοὺς ἔξωθεν ἐπικειμένους τῷ θώρακι, διεκβάλλουσαι μόρια σφῶν αὐτῶν, περὶ ὧν ἑκάστου κατὰ μέρη ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν εἴρηται. αἵ γε μὴν κατὰ τὰς νόθας πλευρὰς συζυγίαι τῶν ἀπὸ τοῦ νωτιαίου νεύρων, ἐπειδὴ πρὸς τὸ στέρνον οὐκ ἐξήκουσιν αἱ νόθαι, βραχὺ μέν τι τῷ καθ᾽ ἑαυτὴν ἑκάστη μεσοπλευρίῳ διανέμει· τῷ δὲ ἄλλῳ παντὶ ἐκπίπτει πρὸς ὑποχόνδριον, εἴς τε τοὺς πρώτους ἐπιβεβλημένους ἔξωθεν μῦς τοὺς λοξοὺς τοὺς ἄνωθεν ἐκ τοῦ θώρακος καταφερομένους καὶ τοὺς κατάντεις τοὺς σαρκώδεις διανεμομένη.

dam ſpinalibus muſculis tribuunt aliisque, qui in dorſo ſunt, veluti tum iis, qui ſcapulas movent, tum etiam iis, qui ad humeri dearticulationem aſcendunt. Parte vero ſui ipſarum reliqua univerſa ac maxima per intercoſtalia ad os usque pectoris progredientes, tum eos, qui intercoſtalibus ſunt, muſculos pertexunt, tum eos etiam, qui extrinſecus thoraci impoſiti ſunt, ſuas ipſarum particulas per medium eorum emittentes; de quarum ſingulis particulatim in anatomicis adminiſtrationibus dictum eſt. Porro, quae a dorſali medulla ad coſtas nothas accedunt nervorum conjugationes, propterea quod coſtae nothae ad ſternum non perveniunt, parum quiddam ſane ſingulae intercoſtali ſibi reſpondenti diſtribuunt, reliqua vero tota ſui parte ad hypochondrium excidunt, tum in eos diſtributae muſculos, qui primi inſtrati ſunt, extrinſeci nimirum et obliqui ſuperneque ex thorace delati, tum in eos etiam, qui recta deſcendunt carnoſique ſunt.

Ed. Chart. IV. [249.]

Κεφ. ιζ΄. Μετὰ δὲ ταύτας εἰσὶν αἱ κατὰ τὴν ὀσφὺν ἐκφύσεις τῶν νεύρων, οὐκ ἐκ κοινοῦ τρήματος, ὥσπερ αἱ κατὰ τὸν τράχηλον. ὁ γὰρ ὑπερκείμενος σπόνδυλος ἐνταῦθα μόνος διατετρημένος ἔξοδον ἐπιτήδειον παρέχει τῷ νεύρῳ κοινῷ ἐκείνῳ τρήματι τῷ ἐν τραχήλῳ ἐκ τοῖν ἀμφοῖν σπονδύλοιν γινομένῳ κατὰ μικρὸν εἰς ὑπερκείμενον μετατιθεμένῳ· ὡς πρῶτον μὲν ἐκείνου διαγλύφηται πολὺ ἐν αὐτῇ, εἶτα δὲ τὸ πᾶν, ἔπειτα καὶ ἀναφέρηται ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ σπονδύλου, καὶ ἔκφυσις αὐτὴ γένηται ὑπὲρ τὸ πέρας. κοινὸν δὲ καὶ τούτοις ἅπασι τοῖς νεύροις, εἴς τε τοὺς ῥαχίτας ἰέναι μῦς καὶ τοὺς κατ' ἐπιγάστριον ἐπί τε τὰς ψόας. ἐκ δὲ τῶν πρώτων κατὰ τὸ διάφραγμα σπονδύλων καὶ τοῖς ἄνωθεν καταφερομένοις ἐξ ἐγκεφάλου νεῦρον ἐπιμίγνυται τὸ μικρὸν ἀφ' ἑκάστου, κατὰ δὲ τοὺς τελευταίους τῆς ὀσφύος σπονδύλους δύο ἐκφύσεις μέγισται γίγνονται νεύρων ἐπὶ τὰ σκέλη φερομένων· ἀναμίγνυνται δ' αὐταῖς ἄλλαι μικραὶ, μία μὲν ὑπερκειμένη, μία δὲ ἄλλη

Cap. XVII. Post has vero sunt, quae in lumborum regione habentur nervorum propagines, non ex communi foramine, quemadmodum quae in collo sunt. Nam superior dumtaxat vertebra hic perforata commodum nervo praebet exitum communi illo foramine, quod in collo ex ambabus vertebris fiebat, paulatim transposito ad superiorem; ita ut primo quidem illius exculpatur multum in ipsa, postea vero totum, deinde etiam conscendat ab extremo vertebrae ac propago ipsa fiat supra finem. Commune autem omnibus his nervis est, quod ad spinales musculos et abdomen et psoas vadunt. Ex primis autem post diaphragma vertebris iis etiam, qui superne descendunt a cerebro, nervis nervus quidam parvus permiscetur ab unaquaque; in ultimis autem lumborum vertebris duae propagines maxime gignuntur nervorum ad crura tendentium; ipsis autem aliae parvae permiscentur, quarum una superposita est, altera vero infra primum

Ed. Chart. IV. [249. 250.]

κατωτέρω τοῦ πρώτου κατὰ τὸ πλατὺ καλούμενον ὀστοῦν τρήματος ἐκφυομένη. αὗται μὲν οὖν εὐθὺς ἀποχωρισθεῖσαι τοῖς πρώτοις μυσὶ τοῖς κινοῦσι τὴν κατ᾽ ἰσχίον διάρθρωσιν ἐκφύονται· τὸ δ᾽ ἄλλο [250] πᾶν εἰς τὰ σκέλη καταφέρεται, διασχιζόμενον ἄχρι τοῦ πέρατος ἐν αὐτοῖς εἰς ἕκαστον μῦν, ἀνάλογον τοῖς ἐν χερσὶν, ὥσπερ ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσιν ἤδη εἴρηται. νῦν γὰρ καθάπερ τινὰ ὑποτύπωσίν τε καὶ σύνοψιν τούτων τῶν ἀκριβῶς ἐν ἐκείνοις τοῖς βιβλίοις γεγραμμένων χρήσιμον τοῖς εἰσαγομένοις ἐσομένην πεποιήμεθα. οὕτω δὴ καὶ ὅσα τὰ διὰ λοιπῶν ὀστοῦ πλατέος τρημάτων ἔκφυσιν νεῦρα καὶ εἰς τοὺς ἐνταῦθα ὑπάρχοντας μῦς διασπείρονται, ἐν ἑκάστῃ πραγματείᾳ ἀκριβῶς διηγήμεθα. νῦν τοῦτο μόνον εἰρῆσθαι ἱκανῶς ἐστι, τοῖς τῆς ἕδρας τε καὶ τοῦ αἰδοίου καὶ τῆς κύστεως μυσὶν αὐτῷ τῷ αἰδοίῳ, ἔτι καὶ μυσὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ πλατέος ὀστοῦ καὶ ἀπὸ τοῦ ἔνδον μέρους τοῦ τῆς ἥβης ὀστοῦ ἐκφυομένοις, καὶ πᾶσι σώμασι τοῖς ἔξωθεν κατ᾽ αὐτὸ ὀστοῦν πλατὺ καὶ ἱερὸν καλούμενον ἐγκειμένοις, ἐκ

foramen in offe facro vocato pofitum exoritur. Hae igitur ftatim recedentes primis mufculis dearticulationem coxendicis moventibus inferuntur; reliqua vero tota pars ad crura tendit ad finem usque ipforum difciffa in unumquemque mufculum eadem proportione, qua in manuum mufculis fiebat; quemadmodum in anatomicis administrationibus explicatum jam eft. Nunc enim veluti quandam fubfigurationem et compendium eorum, quae accurate in illis libris fcripta fuere, utilem tironibus futuram fecimus. Sic fane etiam, quicunque per reliqua offis lati foramina propagationem habent nervi, mufculisque, qui inibi funt, differninantur, in illo tractatu exquifite narravimus. Nunc hoc tantum dixiffe fatis fit, fedis, pudendi et veficae mufculis, ipfique etiam pudendo, ac praeterea mufculis, qui ab offe lato et ab interna offis pubis parte exoriuntur, omnibusque etiam corporibus extrinfecus juxta hoc ipfum os latum ac facrum appellatum

Ed. Chart. IV. [250.]
τούτων ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν αὐτοῦ τοῦ ὀστοῦ ἱεροῦ τρημάτων τὰς νεύρων ἐκφύσεις ἀπὸ νωτιαίου γεννᾶσθαι εἰς τὸ κόκκυγος ὀστοῦν καλούμενον τελευτώσας.

incumbentibus ex internis externisque ejusdem ossis sacri foraminibus nervorum propagines a dorsali medullae gigni, in os coccyga vocatum terminantes.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΟΣΦΡΗΣΕΩΣ ΟΡΓΑΝΟΥ.

Ed. Chart. V. [354.] Ed. Baſ. I. (206.)

Κεφ. α'. Ὄσφρησιν ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες οὐ μόνον τὴν διάγνωσιν τῶν ὀσμῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν, ἧς τοῦτο ἔργον ἐστίν· ὥσπερ γε καὶ τὴν γεῦσιν οὐ τὴν διάγνωσιν μόνον τῶν γευστῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν· καὶ κατ᾽ ἄμφω δὲ τὰ σημαινόμενα τὸ τῆς ὀσφρήσεως ὄργανον ἓν ἂν εἶναι λέγοιτο, δι᾽ οὗ ποιεῖται τῶν ἰδίων αἰσθητῶν τὴν διάγνωσιν ἡ δύναμις, ἀνάλογον ὀφθαλμῷ καὶ γλώττῃ. δοκεῖ δὲ εἶναι τοῦτο κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν τῆς διανοίας ἡ ῥίς. ἐν γοῦν τῷ διὰ τοῦ στόματος

GALENI DE INSTRVMENTO ODORATVS.

Cap. I. Odoratum Graeci nominant non ſolum odorum dignotionem, ſed etiam vim ipſam, cujus odorandi officium eſt; quemadmodum et guſtum non ſolum guſtabilium dignotionem, ſed et facultatem, ad quam haec pertinent: unum tamen in utraque ſignificatione odoratus inſtrumentum, per quod facultas propria ſenſibilia dignoſcit, eſſe putandum eſt, quod oculo et linguae proportione reſpondeat. Hoc igitur primo mentis intuitu naſus eſſe videtur; quandoquidem, ſi occluſis naribus ſpiritum

εἰσπνεῖν, στεγνώσαντες αὐτὴν ὁπωσοῦν, οὐδενὸς τῶν ὀσφρητῶν ἀντιλαμβανόμεθα, καθάπερ γε κἄπειδὰν ἀνοίξαντες τοὺς μυκτῆρας εἰσπνέωμεν, εὐθέως αἰσθανόμεθα. πότερον οὖν ὁ ὑπαλείφων ἔνδοθεν ἑκάτερον τῶν κατὰ τὴν ῥῖνα πόρων ὑμὴν ἢ χιτὼν (ἀμφοτέρως γὰρ ὀνομάζουσιν αὐτὸν) αἰσθάνεται τῶν ὀσφρητῶν, οὐ γὰρ δὴ τό γε ὀστοῦν αὐτὸ τῆς ῥινὸς ἤ τι τῶν ἔνδον τοῦδε τῶν ὀσμῶν ἐστιν ὄργανον, ἄξιον ἐπισκέψεως. ἂν γοῦν πληρώσῃς τοὺς πόρους εἴτ' οὖν μύρων τῶν εὐωδῶν ἤ τινος ἄλλου σφοδρὰν ὀσμὴν ἔχοντος, οὐκ αἰσθήσῃ, πρὶν εἰσπνεῦσαι. διὸ καὶ δοκεῖ τισιν ἡ μὲν ῥὶς πόρος εἶναι τῶν ὀσφραντῶν, αὐτὸ δὲ τὸ τῶν ὀσμῶν αἰσθανόμενον σῶμα προσωτέρω που τετάχθαι. καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαῖόν ἐστιν τὰ συνεχῆ τοῖς πόροις τῆς ῥινὸς ἐπίστασθαι σώματα πρὸς τῆς ἀνατομῆς διδαχθέντας· γιγνωσκόντων δ' οὐ πάντων αὐτὰ, διηγήσασθαι βέλτιον, ὅπως κατεσκεύασται.

Κεφ. β'. [355] Καὶ τοίνυν τῆς ῥινὸς ἐχούσης μέσον διάφραγμα καὶ πόρους ἀξιολόγους δύο, τούτους δὴ τοὺς φαινομέ-

ore adducimus, odorem nullum ſentimus: ſin autem ſpiritum apertis naribus attrahimus, odor ſenſum protinus movet. An igitur membrana ſive tunica (nam utroque modo nominant), quae naribus ſubſternitur, odores dignoſcat, dignum inquiſitione videtur; ſiquidem non os naſi aut quidquam intra os odoratus inſtrumentum eſt. Si quis igitur ſibi nares aut odoramentis aut alia re vehementer olente impleat, non ante odorem percipiet, quam ſpiritum attraxerit: quam ob cauſam quibusdam naſus ſemita quidem olentium rerum videtur, at ipſum corpus, quod odores ſentit, ſuperius eſſe alicubi locatum. Quare neceſſe eſt corporum, quae naſi ſpiraminibus continua ſunt, cognitionem habere ab ipſa anatome edoctos: ſed quoniam non omnibus hae partes cognitae ſunt, ſatius eſt, quonam modo conſtitutae ſint, exponere.

Cap. II. Quum naſus igitur in ſe ſeptum quoddam per media loca deductum habeat, duoque foramina ſatis

νους, ἕνα καθ᾽ ἑκάτερον μυκτῆρα, χρὴ γινώσκειν ἀνωτέρω τῶν μέσων τῆς ῥινὸς ἑκάτερον αὐτῶν δίχα σχιζόμενον. ἥκει δὲ τῶν μερῶν τὸ μὲν ἕτερον εἰς τὸ τοῦ στόματος ἔνδον, τὸ δ᾽ ἕτερον ὄρθιον, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐφέρετο, πρὸς αὐτὸν ἀναβαίνει τὸν ἐγκέφαλον. εἰσὶ γὰρ αὐτῶν καὶ δύο κατὰ τοῦτο ἀποφύσεις προμήκεις τε καὶ κοῖλαι, τὴν ἀρχὴν μὲν ἐκ τῶν προσθίων ἔχουσαι κοιλιῶν, καθήκουσαι δὲ ἐπ᾽ ἐκεῖνο τοῦ κρανίου τὸ μέρος, ὅθεν ἡ ῥὶς ἄρχεται. κατὰ τοῦτο καὶ ἡ τῶν ἠθμοειδῶν ὀστῶν ἐστι θέσις, ὧν τὴν χρείαν ἱκανὸν ἐνδείξασθαι τοὔνομα, καὶ ἥ γε μήνιγξ ἡ παχεῖα, καθ᾽ ὃ ψαύει τῶνδε τῶν ὀστῶν, ὀπαῖς λεπταῖς τέτρηται. διὰ ταύτης γέ τοι πρώτης διηθεῖται τὰ παχύτερα τῶν τοῦ ἐγκεφάλου περιττῶν· (ἔθος δ᾽ ἐστὶν ἀπ᾽ Ἀριστοτέλους ἀρξάμενον ὀνομάζεσθαι τὰ τοιαῦτα πάντα περιττώματα·) τὰ μὲν γὰρ ἀτμοειδέστερα κατὰ τὰς ῥαφὰς ἀναθεῖ, καὶ ταύτην κένωσιν. ὅσα δὲ τούτων παχέα, καθάπερ ἡ βλέννα καὶ ἡ κόρυζα, κατάντη φέρεται, πρώτην μὲν τὴν παχεῖαν μήνιγγα διεξερχό-

conſpicua, haec, inquam, quae cernuntur et in ſingulis naribus ſingula ſunt, ſciendum eſt, eorum utrumque ſupra media naſi loca in duas partes eſſe diviſum: quarum altera pars oris intima pervadit, altera alta, ut ab initio ferebatur, ad ipſum cerebrum ſcandit, quod et ipſum proceſſus duos ad haec ipſa loca ſpectantes habet, eosque oblongos et concavos, qui ex anterioribus cerebri ventriculis ortum habent, et ad eam calvariae partem, unde naſus oritur, deſcendunt: quo loco oſſa coli ſimilia, quaſi colatoria dixeris, poſita ſunt, quorum quae utilitas ſit, ſatis ex ipſo nomine declaratur. Craſſa autem meninx, quae oſſibus modo nominatis ſubſternitur, minutis eſt pervia foraminibus: per quae primum quae craſſiora cerebri ſupervacua ſunt, transmittuntur (quae caeteraque ſimilia poſt Ariſtotelem ſolemus excrementa nominare). Nam quae vapori ſimilia ſunt, in ſublime lata per calvariae ſuturas excernuntur: quae vero craſſa ſunt, ut mucus, prona feruntur, primumque per craſſam menin-

εἰσπνεῖν, στεγνώσαντες αὐτὴν ὁπωσοῦν, οὐδενὸς τῶν ὀσφρητῶν ἀντιλαμβανόμεθα, καθάπερ γε κἀπειδὰν ἀνοίξαντες τοὺς μυκτῆρας εἰσπνέωμεν, εὐθέως αἰσθανόμεθα. πότερον οὖν ὁ υπαλείφων ἔνδοθεν ἑκάτερον τῶν κατὰ τὴν ῥῖνα πόρων ὑμὴν ἢ χιτὼν (ἀμφοτέρως γὰρ ὀνομάζουσιν αὐτὸν) αἰσθάνεται τῶν ὀσφρητῶν, οὐ γὰρ δὴ τό γε ὀστοῦν αὐτὸ τῆς ῥινὸς ἤ τι τῶν ἔνδον τοῦδε τῶν ὀσμῶν ἐστιν ὄργανον, ἄξιον ἐπισκέψεως. ἂν γοῦν πληρώσῃς τοὺς πόρους εἴτ' οὖν μύρων τῶν ευωδῶν ἤ τινος ἄλλου σφοδρὰν ὀσμὴν ἔχοντος, οὐκ αἰσθήσῃ, πρὶν εἰσπνεῦσαι. διὸ καὶ δοκεῖ τισιν ἡ μὲν ῥὶς πόρος εἶναι τῶν ὀσφραντῶν, αὐτὸ δὲ τὸ τῶν ὀσμῶν αἰσθανόμενον σῶμα προσωτέρω που τετάχθαι. καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαῖόν ἐστιν τὰ συνεχῆ τοῖς πόροις τῆς ῥινὸς ἐπίστασθαι σώματα πρὸς τῆς ἀνατομῆς διδαχθέντας· γιγνωσκόντων δ' οὐ πάντων αὐτὰ, διηγήσασθαι βέλτιον, ὅπως κατεσκεύασται.

Κεφ. β'. [355] Καὶ τοίνυν τῆς ῥινὸς ἐχούσης μέσον διάφραγμα καὶ πόρους ἀξιολόγους δύο, τούτους δὴ τοὺς φαινομέ-

ore adducimus, odorem nullum fentimus: fin autem fpiritum apertis naribus attrahimus, odor fenfum protinus movet. An igitur membrana five tunica (nam utroque modo nominant), quae naribus fubfternitur, odores dignofcat, dignum inquifitione videtur; fiquidem non os nafi aut quidquam intra os odoratus inftrumentum eft. Si quis igitur fibi nares aut odoramentis aut alia re vehementer olente impleat, non ante odorem percipiet, quam fpiritum attraxerit: quam ob caufam quibusdam nafus femita quidem olentium rerum videtur, at ipfum corpus, quod odores fentit, fuperius effe alicubi locatum. Quare neceffe eft corporum, quae nafi fpiraminibus continua funt, cognitionem habere ab ipfa anatome edoctos: fed quoniam non omnibus hae partes cognitae funt, fatius eft, quonam modo conftitutae fint, exponere.

Cap. II. Quum nafus igitur in fe feptum quoddam per media loca deductum habeat, duoque foramina fatis

νους, ἕνα καθ᾽ ἑκάτερον μυκτῆρα, χρὴ γινώσκειν ἀνωτέρω τῶν μέσων τῆς ῥινὸς ἑκάτερον αὐτῶν δίχα σχιζόμενον. ἥκει δὲ τῶν μερῶν τὸ μὲν ἕτερον εἰς τὸ τοῦ στόματος ἔνδον, τὸ δ᾽ ἕτερον ὄρθιον, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐφέρετο, πρὸς αὐτὸν ἀναβαίνει τὸν ἐγκέφαλον. εἰσὶ γὰρ αὐτῶν καὶ δύο κατὰ τοῦτο ἀποφύσεις προμήκεις τε καὶ κοῖλαι, τὴν ἀρχὴν μὲν ἐκ τῶν προσθίων ἔχουσαι κοιλιῶν, καθήκουσαι δὲ ἐπ᾽ ἐκεῖνο τοῦ κρανίου τὸ μέρος, ὅθεν ἡ ῥὶς ἄρχεται. κατὰ τοῦτο καὶ ἡ τῶν ἠθμοειδῶν ὀστῶν ἐστι θέσις, ὧν τὴν χρείαν ἱκανὸν ἐνδείξασθαι τοὔνομα, καὶ ἥ γε μήνιγξ ἡ παχεῖα, καθ᾽ ὃ ψαύει τῶνδε τῶν ὀστῶν, ὀπαῖς λεπταῖς τέτρηται. διὰ ταύτης γέ τοι πρώτης διηθεῖται τὰ παχύτερα τῶν τοῦ ἐγκεφάλου περιττῶν· (ἔθος δ᾽ ἐστὶν ἀπ᾽ Ἀριστοτέλους ἀρξάμενον ὀνομάζεσθαι τὰ τοιαῦτα πάντα περιττώματα·) τὰ μὲν γὰρ ἀτμοειδέστερα κατὰ τὰς ῥαφὰς ἀναθεῖ, καὶ ταύτῃ κένωσιν. ὅσα δὲ τούτων παχέα, καθάπερ ἡ βλέννα καὶ ἡ κόρυζα, κατάντη φέρεται, πρώτην μὲν τὴν παχεῖαν μήνιγγα διεξερχό-

confpicua, haec, inquam, quae cernuntur et in fingulis naribus fingula funt, fciendum eft, eorum utrumque fupra media nafi loca in duas partes effe divifum: quarum altera pars oris intima pervadit, altera alta, ut ab initio ferebatur, ad ipfum cerebrum fcandit, quod et ipfum processus duos ad haec ipfa loca fpectantes habet, eosque oblongos et concavos, qui ex anterioribus cerebri ventriculis ortum habent, et ad eam calvariae partem, unde nafus oritur, defcendunt: quo loco offa coli fimilia, quafi colatoria dixeris, pofita funt, quorum quae utilitas fit, fatis ex ipfo nomine declaratur. Craffa autem meninx, quae offibus modo nominatis fubfternitur, minutis eft pervia foraminibus: per quae primum quae craffiora cerebri fupervacua funt, transmittuntur (quae caeteraque fimilia poft Ariftotelem folemus excrementa nominare). Nam quae vapori fimilia funt, in fublime lata per calvariae futuras excernuntur: quae vero craffa funt, ut mucus, prona feruntur, primumque per craffam menin-

